peritus, vel imperitus, aut quicumque is ſit, quod opti-
46 mum eſt, amare præſumitur: † Eodem modo reſpondetur ad gloſſ. d. l. fin. gl. ſi ff. de iure delib. & ad Sim. de Præt. eam allegantem dum dicitur, quod in dubio perpenditur, ex dignitate, voluntate, & conditione eius, qui fideicommiſſum reliquit, an, ſcilicet, teſtator ſenſerit de filio legitimo, vel naturali, in ſeruitute concepto, quem habebat, *vt in d. l. fin.* probat text. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, el 1. ff. ad Trebell.* Et declarat late Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 9. per tot.* Ergo ad hoc vt is comprehēdatur, debet apparere, de eo loquutum fuiſſe teſtatorem, ſicq; de eius voluntate; de hac non conſtat in noſtra quæſtione, nempe quod ſenſerit diſponens de nobili ex priuilegio, quin potius de mente cōtraria patet per ſupradicta: Ergo ceſſat prædicta obiectio.

47 Similiter † non obſtat quod ſupra retulimus ex eod. Mantic. *fol. 265. num. 15.* quia procedit & loquitur in deſcendentibus teſtatoris, vel ſubſtituti ab eo, quos idem teſtator ratione proprii ſanguinis amauit: & præterea in ea ſpecie non aderant alii filii, qui admitti poſſent, quā naturales tantum. Ideo nil mirum, vt teſtator, qui erat huiuſmodi, aliis filiis legitimis & naturalibus deficientibus illos admitti hoc caſu voluerit: At vero in quęſtione noſtra licet nobilis, ſiue fidalgus ex priuilegio ſimilis ſit diſponenti in eadem ſpecie nobilitatis, non tamen eadem eſt illa qualitas eiuſdem ſanguinis, ac proinde amoris erga ipſum, quæ in ſpecie obiecta: & præterea in noſtra poſſūt inueniri alii plures nobiles ſanguine, cum quibus verificari poſſit prædicta conditio; denique voluntas diſponentis in dubio ad naturalem potius nobilitatem applicata cenſenda eſt, quam ad ciuilem & confictam.

48 Quarto. Idem † eſſe probandum cenſeo in plebeio eodem modo diſponente eiſdem rationibus, cum mens omnium iſtorum ſit, priorum conſeruare ſuum clarum ſanguinem, eumque obſcuro non commiſceri, reliquorum nobilitandi proprium genus vera & propria nobilitate.

49 Sexto, ſuperiora † non procedere exiſtimo, quando clare, aut tacite coniecturis & indiciis conſtiterit, quod diſponens aliud voluerit, nempe vt contrahendo matrimonium cum nobili ex priuilegio cenſeatur paritum cōditioni, vel præcepto prædicto: tunc enim hoc obſeruandum erit; nō tamen dicetur clare, aut tacite id cōſtare ex eo ſolum, quod diſponens ignobilis, aut nobilis ex priuilegio ſit, vt probauimus.

Habes igitur cum his, lector amantiſſime, ad ſaturitatem declaratam quæſtionem alias difficilem.

SVMMARIA.

1 *Gratia, vel priuilegium Principis cuiuſcunq; rei an ſcripturam requirat ad ſuam eſſentiam & valorem, & num. ſeqq. reſoluitur num. 7. & declaratur, n. 8.*
2 *Gratia de ſtylo curiæ per teſtes non probatur.*
3 *Expeditio literarum in gratia penſionis nihil præſtat, niſi reſpectu probationis, cum ſolo verbo Principis perficiatur gratia.*
4 *Gratia ex ſola ſignatura perficitur.*
5 *Regula Cancellariæ 53. diſponentis diſpenſationes non ſuffragari niſi literis expeditis intellectus.*
6 *Gratia ex ſolo verbo, fiat, perfecta eſt, conſiderata perfectione eſſentia atq; ſubſtantiæ: ſecus reſpectu perfectionis formæ, atque probationis.*
7 *Regulæ Cancell. de non iudicando iuxta formam ſupplicationis intellectus.*
9 *Facultas ad inſtituendum maioratum, an requirat ſcripturam.*
10 *Gratia Regis ſcriptura originalis præſentanda eſt, nec ſufficit teſtimonium ipſius.*

In l. 7. tit. 1. lib. 6. Nouæ Collect. Regiæ.

QVAESTIO IX.

QVÆRO circa l. 7. tit. 1. lib. 6. Nouæ Collect. Regiæ: 1
An priuilegium, vel gratia Principis immunitatis, ſeu armatæ militiæ, alteriuſve rei, ſcripturam requirat ad ſuam eſſentiam, & valorem. Et eam nō reprobat noſtra l. 7. dum dicit: *Mandamos que para prouar, los que pretenden ſer eſſentos por Caualleros armados, y declarados por tales Caualleros armados, no baſte que tengan ſolamente teſtimonio de la Caualleria, ſi no que mueſtren realmente el priuilegio que tuuieren dello:* Hæc namque lex expreſſe requirit actualem præſentationem priuilegii ad probationem ipſius: Ergo ad valorem eius ſufficit, quod ſit facta gratia ore Principis, & ex tunc erit firmum, validū, & perfectum: idem probant l. 6. 7. 8. & 9. tit. 18. p. 3. ibi: *E porque eſto ſe a firme, e non venga en duda, dile eſta carta.* Et in terminis ita tenet, Bald. *in l. ſi qua per calumniam, num. 5. C. de epiſc. & cler.* vbi docet, quod eo ipſo quod Princeps facit gratiam ſimplici verbo, ſtatim gratia eſt perfecta, antequam literæ expediantur, quamuis probatio eius non poſſit fieri per teſtes, ſed per ipſas literas iam abſolutas, atque expeditas, eſtque communis ſententia, vt plurimos congerens teſtatur ex Celſo, *conſ. 16. num. 6.* D. Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 7. n. 55.* Sequitur Petrus Surdus *conſ. 109. num. 6. vol. 1.* vbique communiter tenetur de ſtylo Curiæ † vt 2
gratia per teſtes non probetur, & loquens in gratia Papæ facta per verbum, fiat, vt ſtatim ſit perfecta, cum aliis probat Rebuff. *in praxi benef. in 2. p. ſignatura, n. 15.* & late Gomez *in reg. de non iud. &c. q. 1.* Sic etiam in gratia penſionis expeditio literarum nihil præſtat, niſi reſpectu probationis, † cum ſolo verbo Principis perficiatur gratia, 3
Clem. 1. de ſepult. Pariſ. *conſ. 5. num. 60. vol. 4.* & nos alios allegantes, *conſil. 9. num. 6.* Imo † ex ſola ſignatura perfi- 4
ciatur gratia, *c. conſtitutiones, cum gloſſ. 25. q. 2.* tamen ante literas confectas quis non dicitur habere Canonicum titulum, *Ioan. de Milis in Repertorio, verbo gratia, quem refert & ſequitur Purpurat. conſ. 552. num. 8.* vbi quod propterea non poteſt fieri proceſſus ſuper talib. ſupplicationibus ſignatis, quod ibi in ſignatura inferiorum a Papa dicitur videri expeditum, licet in ſupplicatione ſignata & data per Papam forte non procederet, quia dici poteſt, quod ſi nō probaret, coloraret titulum, qui ſufficeret in poſſeſſorio, & quod gratia Principis probari non poſſit niſi per literas, agit omnium optime Maſcard. *de probat. 2. tom. ver. gratiam, conc. 845. per tot. & n. 5.* de communi atteſtatur, & *num. ſeq.* conciliat opiniones contrarias, & tandem *in l. 4.* noſtram prædict. reſolutionem plures citans ſequitur, & *num. 20.* inquit eſſe veriorem & communi conſenſu in praxi in palatio cauſarum ſeruari, atque eſſe firmam & ſtabilem permanere, & *num. ſeq.* pluribus modis eam declarat & limitat.

Nec ſupradictis obſtat reg. Cancellariæ 53. vbi diſponitur, diſpenſationes non ſuffragari niſi literis expeditis: ea namque ſic intelligenda eſt, nempe, vt ſtatim q̄ gratia ac diſpenſatio cōceſſa, atq; ſignata eſt, perfecta ſit, quoad eſſentiam: non tamen poterit ſuffragari niſi poſtmodum, literis expeditis: non enim requirit regula illa literarum expeditionem a principio. Vnde ſi ante finitū iudicium, quocunq; tempore literę expediantur gratia, atq; diſpēſatio ſuffragabitur; quāuis in principio iudicii ſolo verbo conceſſa inueniatur. Ita pulcre loquens in propoſito intelligit dictam regulam Soc. *conſ. 41. n. 3. & 4. lib. 3.* & Gloſſator antiquus *d. regul.* & Gomez. *in regul. de non iud.* iuxta formam ſupplic. *q. 6. n. 1.* dicens ita fuiſſe iudicatum in Rotæ Conſiſtorio, quos refert, & ſequitur
D. Molina *vbi ſupr. num. 56.* † reſoluens, quod conſide- 5
rata perfectione eſſentiæ atque ſubſtantiæ, gratia ex ſolo verbo, fiat, perfecta eſt: perfectione autem formæ, atque probationis ante literarum expeditionem gratia imperfecta conſideranda erit: quod ſi poſtea literæ expediantur a principio, gratia ipſa perfecta atque abſoluta fuiſſe iudicabitur, vt optime & magiſtraliter declarat Socin. *vbi ſupr.* & eſt de mente omniū ſcribentium a ſupra dictis citatorum: ſicq; intelligenda, & declaranda eſt l. noſtra Regia in ſua præd. deciſione.

6 Similiter † non nocet altera regula Cancellariæ de non iudicādo iuxta formam ſupplicationis, quia loquitur in caſu ſpeciali, vbi de literis iuriſdictionem iudicib. concedentibus agitur, & regula ipſa ad iudices dirigitur, reſpuitq; initium iudicii, quod cum a principio nullum ſit, non poteſt ex poſt facto validari, *ita Gomez, in d. q. 6. n. 1. & ſequitur D. Molin. vbi ſupr.*

Sed vera decidendi ratio ad illam regulam eſt, *vt per D. Molin. vbi ſup. n. 60.* ideo ibi gratia nullum effectū abſq; literarum expeditione obtinet, quia ea gratia non continet aliquid perfectum, ſed ad aliquid faciendum conceſſa fuerit: in qua ſpecie nihil, niſi receptis literis, atque expeditis, fieri poteſt ex doctr. Bal. quem citat.

7 Contraria † tamen pars in noſtra quæſtione principali verior videtur ex eo, quod per expeditionem literarum datur forma & perfectio gratiæ, quæ ante eam dicitur informis atque imperfecta, vt voluerunt Domini de Rota *deciſ. 458. n. 5. in nouis, & deciſ. 20. n. 5. de conceſſ. præb. in nouis, latiſſime Gomez. in d. reg. de non iud. iuxta form. &c. q. 1. num. 2. cum ſeq. Aegidius de Bellamer. conſil. 34. colum. 5. ad fin. Felin. in rubric. de conſtitut. num. 6. & in cap. veniens, num. 3. de accuſatio. Gigas, reſponſ. 42. num. 11.* Et patet ex conſtitutione Iulii III. edita ſub die 27. Maii 1553. refert Flamin. Pariſienſ. *de reſig. benef. 1. p. q. 12. num. 18. pag. 59.* nempe quod gratia dicitur informis, literis non expeditis. Nihilominus tamen hæc opinio debet intelligi iuxta præcedentem reſolutionem, & diſtinctionem cōmunem, nempe q̄ reſpectu perfectionis eſſentiæ gratia ex ſolo verbo, fiat, perfecta ſit: reſpectu vero perfectionis formæ atque probationis minime: literis vero expeditis a principio, gratia ipſa perfecta atque abſoluta eſſe iudicetur, vt conſtat ex præfatis auctoritatibus.

8 Sed † quamuis hæc ita ſe habeant, veraque ſint, nihilominus vt rectius intelligantur, diſtinctione vti opus eſt: vt ſi quidem tunc demum per verbum, *fiat*, Principis ipſa gratia perfecta & confirmata ſit, quando ipſa gratia nihil amplius quam Principis conceſſionem requirit: ſecus vero, quando gratia alicui confertur, vt aliquid facere poſſit; tunc namque is non poterit illud facere ante ipſarum literarum expeditionem, quamuis gratia ab initio effectum obtineat, ita opinante atq; reconciliante omnia, quæ in hac materia inueniuntur, Bald. *in l. falſus. n. 21. C. de furt. ſequitur plurimos citans D. Molin. vbi ſupr. num. 57. cum ſeqq. & Azeued. in hac l. 7. n. 1. cum ſeqq.*

9 Ex quibus † conſtat, idem pari ratione dicendum eſſe in facultate ad maioratum inſtituendū conceſſa, cum non contineat aliquid imperfectum, ſed ad aliquid faciendum concedatur, præcipue cum verbum, *fiat*, in his & ſimilibus facultatibus ac priuilegiis, non a Principe, ſed ab eius Conſiliariis (*qui vulgo dicuntur, de la camera*) profertur, quod non debet eſſe tantæ virtutis, & efficaciæ prout verbum, *fiat*, prolatum a Principe, in quo præfati auctores loquuntur, vt cōſtat ex verbis Bald. *in l. humanum, n. 6. C. de legib.* dum exemplificat, quando Papa viuæ vocis oraculo dicit: Pronūtiamus talem Epiſcopū: præcipue, vt inquit Molin. cum pluries videamus, quod poſt factam conceſſionem a Regiis prædictis Conſiliariis, Princeps ille ſubſcribere recuſat, quæ nullum effectum obtinent, niſi a Principe ſubſcriptæ ſint, *vt in l. 10. tit. 4. lib. 2. Nouæ Collect. Reg. in verſ. Y ſi les pareciere, &c.* Ex qua reſolutione, & diſtinctione veriſſima eſt tenenda, plura infert D. Molin. *vbi ſupr. n. 60. & ſeq.* apud ipſum videnda vtilia nimis in praxi.

Et † cum ad probationem gratiæ, & priuilegii requiratur ſcriptura, merito vt ipſa ſcriptura originalis actualiter producenda ſit, nec ſufficit teſtimonium ipſius, vt decidit noſtra lex Regia: quia tenor priuilegii attendendus & obſeruandus eſt, *vt in c. porro. de priuil. cum ſimil.* alias mille fraudes fierent, & quia ſcriptura faciens mentionem alterius, non probat illam, niſi originaliter producatur, text. in auth. *ſi quis in aliquo documento cum materia, C. de edend.* probatur etiam ex *l. probatorias, C. de diuerſis offi. & apparit. iud. lib. 12.* & in terminis idem probat ex quadam Regia ſchedula quam refert Otalor. *de nobil. 4. p. c. 2. n. 5.* & Didac. Perez *in l. 24. in gloſſ. y aſſentados en nueſtros libros, tit. 4. lib. 4. ordin. col. 1452.* licet id non audeat affirmare, cum tamē habeamus noſtram l. Regiam 7. id expreſſe probantem.

SVMMARIA.

1 *Gratia Principis an in foro conſcientiæ valeat, & proſit abſq; literarum expeditione, & num. ſeqq. Primo fundatur pars negatiua, quæ limitatur duobus caſibus, num. 2. & 3. ſed eligitur pars affirmatiua, num. 4. cum ſeqq. & num. 10. & 11.*
6 *Lex fundata in præſumtione non habet locum in foro conſcientiæ.*
7 *Forus conſcientiæ non eſt alligatus apicibus iuris, neque ſtrepitu iudiciorum.*
8 *Pœnitentiaria ſacræ ſtylus refertur gratiæ ad abſoluendum conceſſæ.*
9 *Regulæ Cancell. 53. intellectus.*
12 *Signatura ſola ſufficit in Gallia.*

QVAESTIO X.

QVÆRO modo pro pleniori intelligentia materiæ, 1
de qua in quæſt. præcedenti: *An ibi dicta procedant, quando quis vti vult gratia abſque literarum expeditione in foro conſcientiæ tantum? an tuta conſcientia id fieri poſſit, literis gratiæ, vel priuilegii minime expeditis: ſed tantum reuera a Principe ore proprio fuit facta gratia, veluti in gratia diſpenſationis & conceſſionis penſionis annuæ & ſimilibus?*

Et prima quidem facie videtur dicendum: Partem negatiuam indubiam eſſe, vt in terminis dicit maximus & antiquus practicus Hieron. Paul. literarum Apoſtolicarum Vicecorrector *in ſua praxi Chanc. Apoſtol. in parte bona, quæ offeruntur, in verſ. & faciunt hæc ad quæſt. pag. mihi 166. in paruis,* vbi ex profeſſo eam late probat, nempe q̄ vtentes gratia, literis non expeditis, tuti non ſunt ſecundum Theologos in foro conſcientiæ; Et rationem, quæ videtur ſatis concludens, aſſignat, quia Papa quando concedit gratiam illam, ſub tacita conditione concedere videtur, quatenus literæ inde expediantur, & mens ſua atq; intentio talis præſumitur, ne gratia ſuffragetur niſi fuerit expedita. Idque conſtat ex lit. Reg. Chancel. *53. de diſpenſat.* vbi quod ipſæ diſpenſationes a Papa conceſſæ non ſuffragentur, niſi literis expeditis: Ex quo infert ipſe, quod ſalua conſcientia, quis ſoluere non poſſet, aut penſionem recipere, literis non expeditis, etiamſi partes hoc vellent: ex quo regula hoc diſponit, quia conſenſus partium vltra mentem Papæ operari non poteſt, qui in hac ſpecie vult, quod ad effectum perfectionis literæ expediantur: nam per ſignaturam gratiam Papa facere cenſetur, iuxta ſtylum per Cancellariam limitandum, ſeu declarandum, *vt per Aegid. deciſ. 598. & Milium, verb. gratia,* qui ſtylus habet, gratiam Papæ eſſe informem, & non claram, niſi literæ expediantur, quia alias gratia ſuum eſſe non habet: idemque eſſe, ait, in omni caſu, in quo eſſet de volūtate Papę tacita, vel expreſſa, quod literæ expediātur, quia ante expeditionem gra-

tia ſine peccato vti non poſſet, vt eſt in omnibus commiſſionibus gratioſis habentib. clauſulam, vocatis, &c. vel requirentibus informationem, aut cognitionem, vt in diſpenſationibus ſuper irregularitate & aliis ſimilib. in quibus vtentes prædictis gratiis, literis non expeditis, non ſunt tuti in conſcientia, & ad fructuum reſtitutionem Cameræ tenentur, & ibi plures Theologos pro &
2 contra allegat. Reſidet tamen in prædicta ſentẽtia: † ſed ſecus forte eſſe dicit in diſpenſationibus ad duo, & ſuper defectu natalium & ſimilibus, in quibus non videtur eſſe de mente Papæ expreſſa, vel tacita, quod dictæ literæ neceſſario expediantur ad hoc, vt in foro conſcientiæ releuent diſpenſatum, ſed tantum vt non ſuffragentur abſque expeditione, vt habetur *in præfata reg. 53. de diſpen.* & verbum refragari non videtur trahi ad forum conſcientiæ, ſed potius ad contentioſum.

3 Limitat & ſecundo ſuam prædictam principalem ſententiam, quando partes eſſent certæ de expeditione literarum, quamuis non præſententur, tunc enim credit, quod in foro conſcientiæ poſſent partes ſoluere, vel exigere penſionem.

Cum eadem negatiua opinione tranſit Gomez. *in d. reg. de non iud.* iuxta valorem ſupplic. *q. 9. in verſ. ſed prædictis non obſtantib.* ibi, *adeo quod antiqui illi*: Hæc ſunt, quæ pro hac parte adducũtur per prædictum famoſum practicum Aulæ Rom.

4 His tamen nihilo ſecius non obſtantibus, contraria ſententia, & ſic affirmatiua, potius videtur tenenda. Imo quod vtens gratia Papæ, literis non expeditis, ſit tutus in conſcientia. Primo, quia commun. opin. quæ ha-
5 bet † gratiam Papæ non ſuffragari, literis non expeditis, locum non habet in foro conſcientiæ, *ſecundum Abba. in Clemen. dudum, in fin. de ſepult.* quem ſequuntur omnes Moderni *in rub. de conſtit. ſecundum Gomez. in reg. de non iudican. &c. q. 14. in princip.*

Secundo, quia præfata regula in ſui ratione mentali fundata eſt in quadam præſumtione, quod ille qui ſolam gratiam per ſupplicationem habet, nolit expedire literas ratione cupiditatis, & lucri, videlicet, vt fraudet Cameram Apoſtolicam in annata, & officiales quibus acquiritur certum commodum ex literarum expedi-
6 tione, † ſed quando lex in præſumtione fundatur, non habet locum in foro conſcientiæ, quia in tali foro, nec præſumtiones, nec fictiones attẽduntur, ſed ſtandum eſt veritati, ſecundum Bald. *in l. cum quis, C. de iur. & fact. igno. refert alios Gomez, d. q. 14. verſ. poſtremo.* & nos quoq; idem ſequuti ſumus, plures citando *lib. 2. Canon. quæſt. c. 25. n. 14.* forum enim conſcientiæ nititur veritate, *c. a nobis, el 2. c. inquiſitioni, de ſententia excommun. & alios Dd. allegans, tenet Flami. Pariſien. de confident. benef. q. 14. n. 11.* Veritas autem gratiæ conſtat in eo foro interiori: ergo nullum pactum admittitur in vſu gratiæ, licet literæ non ſint expeditæ.

7 Tertio, quia forus conſcientiæ non eſt alligatus apicibus iuris, nec ſtrepitu iudiciorum, *vt inquit Archid. in c. ſcriptum. 6. q. 3. commendat Dec. in c. cum dilecta, ad fin. gl. in verſ. procuratricem, de confirmat. vtil. vel inut.* & probat bene Gomez. *vbi ſup. verſ. breuiter.*

8 Hinc eſt, quod in ſacra pœnitentiaria, quando gratia in foro conſcientiæ petitur, abſolutio confeſſori committitur, literis laniatis, & nullis teſtibus adhibitis, vt antiquus & inueteratus ſtylus a tempore Benedict. XII. introductus habet: & de huiuſmodi gratiis Datario compoſitio non ſoluitur, & ita hodie practicatur: ſecus quando quiſquis vellet vti gratia in foro fori, quia tunc gratia cum Datario Papæ componenda eſt: forus enim conſcientiæ a cõtentioſo, ſicut cœlum a terra differt, *ita Gomez. vbi ſupr. verſ. breuiter ibi, hinc eſt.*

Denique d. reg. 53. *de diſpenſat.* in foro fori intelligi debet: ſecus ſi prædictis diſpenſationibus pars in foro conſcientiæ tantum vti vellet, quia tali caſu poſſet hoc facere, ex quo a nullo inquinatur, vt late probat Gomez. *vbi ſupr. verſ. magis tamen.* loquens in gratia facta a Papa *in caſu reg. 53. de diſpenſat.* † Et in gratia penſionis Eccle- 10
ſiaſticæ: qui ex ſupradictis tenet hãc ſecundam opinionem dicens, ſibi videri veriorem aduerſus Hier. Paulum: licet dicat non eſſe ſine difficultate propter eius motiua, ſed eam intrepide arbitratur eſſe de iure veriorem Gigas *de penſion. 34. n. 6. in fin. cum ſeq. vol. 15. tract. diuerſ. Doctorum*, videlicet quod penſio, ſalua conſcientia, recipi & ſolui poſſit, literis non expeditis, poſt Felin. quem refert *in rubr. de conſtit. col. 4. verſ. 2. caſus eſt*, vbi tenet aperte, quod in foro conſcientiæ quis vti poteſt gratia Papæ, licet literas nõ habeat, & loquens in penſione late Quint. Mandoſ. *in d. reg. de non iud. iuxta formam ſupplic. q. 7. n. 2. & 3.* dicens, quod opinio Gloſſatoris tenẽda eſt, & in praxi ſeruatur videlicet, quod penſiones abſq; literis exigi nõ poſſint, niſi adſit obligatio ad partes iuxta cautelam ipſius Gloſſatoris de illas ſoluendo, abſq; literis illarumque intimatione, vel niſi addatur forma Cameræ Apoſtolicæ in conſenſu, ſeu in præſtatione conſenſus ſeu in obligatione ad partes. Et iterum, *n. 4.* dicit ex ſupra adductis, & ex his quæ indies obſeruari videmus, concludi poteſt, quod tam in foro poli, quam fori licite penſio exigatur, & exigi poſſit abſq; literis, accedente conſenſu eius, qui per ſe ipſum penſioni conſenſit. Hic tamen auctor, dum adhoc requirit conſenſum & obligationem partium, &c. intelligendum eſt loqui quoad forum exteriorem, vt patet, dum agit de praxi, & ex Rebuf. quem citat: ſecus in foro interiori, quia tunc non requiruntur illæ clauſulæ: ſed ſufficit gratiam eſſe factam, vt conſtat ex ceteris auctoribus ſupra citatis, & ex fundamentis prædictis. Eandem ſententiam voluit Paul. Pariſ. *conſ. 5. vnio iſtius, n. 59. verſ. & paſſim, & n. 60. vol. 4.* vbi quod paſſim videmus ſolui, & exigi penſionem, nullis deſuper expeditis literis: quia expeditio literarum nihil præſtat, ni-
ſi reſpectu probationis, † cum ſolo verbo Principis per- 11
ficiatur gratia, *Clem. 1. de ſepultu.* & latius probauimus *ſupra in q. præcedenti.* Et † quod gratia abſolutionis obten- 12
ta a Papa, ſine literarum expeditione valeat quoad forum conſcientiæ, ſecus quoad forum exterius, tenet Nauarr. *conſ. 32. num. 3. de tempor. ordin.* vbi etiam quod in Gallia ſola ſignatura ſufficit, quoniam ſeruat ius antiquum, ſecundum quod gratia ſine expeditione literarũ valet, *vt in Clem. dudum, § fin. iuncta gl. de ſepult.* & iuxta alia citata per Felin. & Deci. *in rubr. de conſtitutionib.* eandem principalem ſententiam in foro conſcientiæ, nempe quod in eo poſſit quis vti gratia ſine expeditione literarum, probat cum aliis Maſcard. *de probat. in 2. tom. concluſ. 845. n. 30.* & eſt communis diſtinctio vt in foro iudiciali procedat prior ſententia, in foro poli poſterior, vt conciliando tradit idem Gigas *conſil. 151. numero 8.* & affirmat Flamin. Pariſienſ. *de confident. benef. quæſt. 43. num. 13.*

Hæc tamen ſententia meo iudicio recte procedit in gratiis iam factis: ſecus vero in fiendis per alios, nempe illos quibus per Papam committitur, vt vocatis, &c. vel cum informatione, vel cognitione diſpenſetur, ſi ita eſt: in priore namque ſpecie nihil amplius, quam expeditio literarum ad probationem deſideratur: in vltima vero *aliud* ſupereſt agendum, & verificãdum per Commiſſarium: interim gratia nõ eſt perfecta, nec conſummata, imo eſt informis & non dum facta, ſiquidem facienda committitur, ſi ita eſt, vt contingit in diſpenſationibus alteri commiſſis ad diſpenſandum ſuper irregularitate, & ad contrahendum matrimonia & ſimilibus, quibus committitur diſpenſandum (*ſi ita eſt, vel vocatis, &c.*) Et in hac ſpecie vera eſt, recteque procedit prima opinio negatiua præcedens.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Priuilegia nobilitatis & exemtionum Imperatoris Caroli V. vt Imperatoris, conceſſa ſubditis ſuis, & originariis ſuorum Regnorum, intelligitur tantum conceſſa in terris Imperij, & quare.*

2 *Beneficia Imperatoris, ſeu Principis ſunt latiſſime interpretanda.*

3 *Immunitate alicui conceſſa a collectis, cenſetur etiam conceſſa a futuris collectis, etiam ratione publicæ neceſſitatis imponendis, ſed contra num. 38.*

4 *Legitimatio facta in non ſubditum & extra territorium legitimantis, eſt valida re & forma, ſi fiat viuente, & petente patre legitimati, quoad ſucceſſionem omnium.*

5 *Nullus Princeps poteſt natalibus reſtituere, nec legitimum efficere ſibi non ſubditum quoad bona intra alterius Imperii, aut Regni limites exiſtentia etiam ex conſenſu eorum quibus ex legitimatione præiudicium fiat.*

6 *Plebeius a Rege Hiſpaniæ nobilis factus in oppidis & regionibus Magiſtri militum Commendatariorum, nobilis etiam intelligitur eſſe in ſuis Regnis, non ſecus. &c.*

7 *Plebeius nobilis factus a Rege Hiſpaniæ erit nobilis in omnibus Regis ditionibus, & dominijs.*

8 *Domini temporales locorum ſeruare debent in ſuis dominiis nobilibus ſua priuilegia, & exemtiones.*

9 *Princeps in dubio nunquam cenſetur velle præiudicare iuri alteri quæſito.*

10 *Princeps non poteſt iuri alteri quæſito de iure gentium derogare: nec dominium de iure ciuili acquiſitum, vt puta per aditionem, vel ſententiam ſubdito ſine cauſſa auferre, vt in num. 11.*

12 *Princeps minime poteſt ſine cauſſa publica, etiam de plenitudine poteſtatis, derogare iuri vocatorum ad ſucceſſionem maioratus, etiam ſi non ſit eis ius delatum, & quando id ſit ex cauſſa publica, intelligitur ſoluto bono cambio, vt in num. 13.*

13 *Legitimatio conceſſa per Principem in præiudicium ſubſtitutorum vocatorum requirit cauſſam publicam de qua conſtet citatis eiſdem, ſoluto bono cambio, aliter enim non valeret.*

14 *Fœminarum habilitatio ad ſucceſſionem feudi non valet, niſi fuerit conceſſa & facta ex cauſſa publica & legitima: nec licet Principem contrarium facere ex poteſtate abſoluta, vt in num. 15.*

16 *Reges Hiſpaniæ integrum habent dominium in ſuo Regno, & domini ipſius terræ vocantur.*

17 *Reges eandem poteſtatem habent in ſuo Regno, quam habent Imperatores in ſuo Imperio.*

18 *Rex in Hiſpania Imperator vocatur.*

19 *Verbis & declarationi ſummi Pontificis de facto ſuo proprio plena eſt adhibenda fides, quoties gratia, vel intentio illius fundatur ſuper illis: quod procedit etiam in Imperatore & Rege non recognoſcente ſuperiorem, vt in nu. 20. ſed non procedit, quando ageretur de alterius graui præiudicio, & in num. 21.*

22 *Declaratio ſummi Pontificis dicentis ſuæ intentionis fuiſſe, &c. non præiudicat illi, cui erat iam ius quæſitum.*

23 *Lex, vel conſtitutio non trahitur ad præterita, in alterius, cui ſit iam ius quæſitum, præiudicium, niſi agatur de propria & ſimplici declaratione, quæ verſatur in interpretatione verborum dubiorum, in qua non poteſt dici, alteri ius quæſitum.*

24 *Aſſertioni Principis, ſi res alteri detrimentum allatura ſit, non eſt fides adhibenda.*

25 *Priuilegia conceſſa ab Imperatore Carol. V. Hiſpaniarum Rege,* de cauallerias y excempciones, *& ab aliis Regibus concedenda, triplicia eſſe poſſunt: & qualia, num. 26. & 27.*

28 *Declarans nihil de nouo concedit.*

29 *Iudex an & quando poſſit ferre teſtimonium ſuper æquitate, vel iniquitate ſententiæ a ſe latæ?*

30 *Princeps poteſt priuilegium a ſe conceſſum ſubdito ſine cauſſa regulariter tollere.*

31 *Legitimatio non operatur effectum ſucceſſionis in bonis ſitis extra territorium legitimantis.*

32 *L. 8. titul. 1. lib. 6.* Nouæ Collect. ratio: *& procedit etiam eius diſpoſitio in foro conſcientiæ, vt in num. 39. & 40.*

33 *Priuilegia damnoſa poſſunt per concedentem interpretari, etiam abſentibus partibus, vt in num. 34.*

35 *Beneficia Principis non ſunt adeo interpretanda, vt fiant contra mentem concedentis, vel vt concludant plura ſpecialia: quia licet vna diſpenſatio ſit fauorabilis, plures tamen ſunt odioſæ, vt in num. 36.*

37 *Beneficia Principis ſunt ſtricte interpretanda, quando agitur de præiudicio tertii.*

In l. 8. titul. 1. lib. 6.

QVAESTIO XI.

QVÆRO † circa *l. 8. titul. 1. lib. 6. Nouæ Collectionis* 1
Regiæ Imperatoris Carol. V. Hiſpaniarum Regis, dum decidit. *Que los priuilegios por nos concedidos, como Emperador de Cauallerias, o exempciones a ſubditos y naturales deſtos nueſtros Reynos, para que gozen de las coſas en ellos contenidas, ſea ſolamente en los lugares que ſon del dicho Imperio: porque eſta fue, y es nueſtra intencion al tiempo que los concedimos, o concedieron. Por ende mandamos a los nueſtros Preſidente y Oydores de las nueſtras Audiencias que aſsi lo pronuncien, y declaren entre qualeſquier perſonas, que por virtud de ſemejantes priuilegios ſe quiſieren aprouechar, que no deuen gozar, ni gozen de las coſas en ellos contenidas en eſtos Reynos de Caſtilla.*

De ratione & intellectu ipſius, quare priuilegia & exemtiones, huiuſmodi non ſint generalia in toto orbe, & dominio Imperatoris noſtri ac ſimul Regis: & ſic in ſuis Regnis Caſtellæ, cum ipſe fuerit ſimul Imperator & Rex Caſtellæ, & Legionis, &c. † & beneficia Im- 2
peratoris ſunt latiſſime interpretanda, *text. ad literam in l. penult. ff. de conſt. Princip. l. 28. tit. 34. part. 7.* cuius verba ſunt hæc: *E dixeron, que las palabras de los priuilegios quando ſon eſcuras, deuen ſer interpretadas largamente, catando ſiempre, que acuerde el entendimiento dellas con la voluntad de aquel que dio el priuilegio,* vbi Gregorius Lopez notat, & Natta, *conſil. 159. in cauſſa. num. 9. 10. & 11. & in aliis conſiliis relatis a Franciſco Beccio, conſilio 28. num. 9. Tiber. Decian. conſilio 25. num. 96. volumine 1.* Maxime quando agitur de ſolo priuilegium concedentis præiudicio: idem *reſpon. 22. num. 13. volum. 1. Menoch. conſ. 103. numer. 16. & 36. volu. 1.* vbi limitat, quando agitur de præiudicio tertii de quo nos alibi egimus.

Hinc † dixit Paul. Caſtrenſ. *in l. ſi ex toto, in prin. nu.* 3
4. ff. de leg. 1. contra Dynum ibi, *quod conceſſa immunitate alicui a collectis, cenſebitur etiam conceſſa a futuris collectis, etiam ratione publicæ neceſſitatis, imponendis*: tametſi alias priuilegium immunitatis reſtringendum ſit tanquam publicæ vtilitati nociuum, vt exiſtimat Dec. *conſ. 223. Otalor. de nobilitat. 4. par. cap. 2. num. 8. & 9. & cum Pinel. Ioan. Garſ. de nobilit. gloſ. 1. §. 1. num. 42. & Azeu. in l. 1. nu. 25. ſupra hoc titul.*

Augetur difficultas, quia Princeps poteſt extra territorium ipſius nobilitatem conferre ſubdito, quoniam hic eſt actus voluntariæ iuriſdictionis, ideoque poteſt exerceri extra territorium, *per l. 2. ff. de offic. Proconſ. ita tenet Ioan. de Platea, in l. 1. colum. penult. numer. 9. in verſ. nunquid autem aliquis Rex C. de dignitat. lib. 12.* quem refert, & ſequitur Tiraquel. *de nobilitat. cap. 6. numer. 26.* vbi idem eſſe probat eadem ratione in militia, vel dignitate, & in legitimatione ſecundum auctores, quos ibi in hoc citat: in legitimatione idem latius probat Pariſienſ. *conſ. 1. numer. 10. & 11. volum. 2. qui numer. 7.* expreſſe cum aliis pluribus auctoribus tenet, quod Imperator vbique locorum, & in toto orbe poſſit legitimare, & Comes Palatinus ab eo de-

putatus: imo & *num. 8. & 9. cum ſeqq.* & refert, eſſe magis
4 communem concluſionem, † quod licet legitimatio fi-
at in non ſubditum, & extra territorium legitimantis,
eſt valida, & firma, ſi fiat viuente & petente patre legiti-
mati, non tantum quod attinet ad ſucceſſionem patris
prorogantis, ſed etiam reſpectu aliorum non ſubdito-
rum, nec prorogantium, *idem Pariſienſ. conſ. 10. num. 118.*
cum ſequentibus eodem vol. 2. Et hæc videtur verior, & ma-
gis communis ſententia aduerſus aliquos ſecundum
Petrum Surd. *conſ. 78. volum. 1.* quia *num. 75. cum ſequent.*
ſupra dicta omnia de legitimatione, refert, & probat al-
legans Pariſienſ. *vbi ſup.* & alios plures auctores: quibus
adde D. Couarr. *in 4. de ſponſal. 2. part. cap. 8. §. 8. num. 17.*
in 6. concluſione, vbi tenet, quod Princeps poteſt ſubdi-
tum ſibi, in alieno territorio exſiſtentē, legitimare, vbi
nullus eſt citandus, etiam quo ad bona intra alterius
Principis territorium exſiſtentia, dum modo præiudici-
5 um aliquod non fiat ſubdito alterius Principis, † Nul-
lus tamē Princeps poteſt natalibus reſtituere, *vt per ipſum*
Couar. ſup. num. 14. vbi quod nec legitimum efficere ſibi
non ſubditum quoad bona intra alterius Imperii, aut
Regni limites exſiſtentia, etiā ex conſenſu eorum, qui-
6 bus præiudicium ex legitimatione fit: † facit etiam,
Mencha. *in ſimil. q. de ſucceſ. creat. §30. num. 294. verſ. vi-*
geſimo octauo facit, vbi quod plebeius a Rege Hiſpaniæ
nobilis factus in oppidis, & Regionibus Magiſtri mili-
tum Commendatariorum, nobilis etiam intelligitur eſ-
ſe in ſuis Regnis, non ſecus quam ſi in terris ipſius Re-
gis, & aliorum Ducum, Comitum, & Marchionum
nobilis factus eſſet; & quod hoc longe facilius procedit
hodie, cum Rex Hiſpaniæ illorum quoq; militum Ma-
7 giſter ſit; † inſuper quod cum Rex Hiſpaniæ habeat
plures Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, plebeius
ab eo nobilis factus, erit etiam nobilis in huiuſmodi Re-
gis Ducatibus, Marchionatibus, & Comitatibus.

8 Facit etiam deciſ. *l. 2. titul. 2. hoc lib. 6.* qua cauetur,
Que los ſennores guarden en ſus tierras a los hyos dalgo ſus priui-
legios y exempciones: Ergo eodem modo videtur dicen-
dum, vt quos nobiles, & exemtos inuictiſſimus Impe-
rator noſter Carolus V. creauit tanquam Imperator,
ſint nobiles, & exemti in ſuis quoque Regnis, & ditio-
nibus.

9 Denique † & fortius contra deciſionem noſtræ legis
ſic arguo, Princeps in dubio numquam cenſetur velle
præiudicare iuri alteri quæſito, *vt in l. 2. §. ſi quis, verſ. me-*
rito, & in §. ſi quis a Principe, ff. ne quid in loco pub. l. 1. 2. & 4.
vbi latiſſime Azeuedo, *titul. 14. lib. 4. huius Noua Collect.*
Reg. & plura in propoſito huius Brocardici congerit Me-
xia. *in l. Regia Toleti*, de los terminos in tertio fundamen-
to ſecundæ partis.

10 Imo Princeps non poteſt iuri alteri quæſito de iure
gentium derogare, text. eſt *in l. ſi venditor §. conſtat, ff. com.*
præd. quem ſingularem dicit Bart. *in proœm. ff. vet. num. 5.*
& hanc opinionem receptiorem & rationabiliorem di-
cit Feli. *in c. quæ in Eccleſiarum, numer. 54. cum ſequentib, de*
conſtitutio, quem & alios plures congerit, & ſequitur Bec-
11 ci. *conſ. 3. num. 50.* † nec etiam dominium quæſitum
de iure ciuili, puta per aditionem, vel ſententiam poteſt
Princeps ſubdito ſine cauſſa auferre, *ſecundum Abb. conſ.*
111. in cauſſa, num. 6. in 2. part. Deci. conſ. 343. viſo Concil. col.
3. in verſ. & quia poſt aditam, ſequitur & communem di-
cit Crauet. *conſ. 7. num. 10.* & alios referens Becci. *vbi ſup.*
num. 51. cum ſeqq. vbi late declarat id quod in teſtamen-
to, probat *l. ſi teſtamentum. C. de teſtamentis*, vbi dicitur, ſi
teſtamentum iure factum ſit, & heres ſit capax, aucto-
ritate reſcripti noſtri reſcindi non oportet, & in dona-
tione, *l. ſi donationem, C. de reuocand. donatio.* ſi donatio-
nem, inquit, recte feciſti auctoritate reſcripti noſtri
reſcindi non oportet, text. melior iuncto gloſ. *verbo, for-*
mam, in authent. de nuptiis. §. diſponat collect. 4. ibi nullo va-
lente citra illius voluntatem, nec ſi ſacram impetret for-
mam, id eſt iuxta gloſ. ibi reſcriptum Principis. † Ex quibus 12
iuribus veriſſima, & recepta eſt ſententia Doctorum,
Principem minime poſſe ſine cauſſa publica, etiam de
plenitudine poteſtatis, derogare iuri vocatorum ad ſuc-
ceſſionem maioratus, etiamſi non dum ſit eis ius dela-
tum, vt tenet Paul. Caſtrenſ. *conſ. 164. incipit in cauſſa ma-*
ioratus Hiſpal. num. 5. & D. Couarru. plura alia fundamen-
ta adducens *lib. 5. var. reſolut. cap. 6. num. 5. cum ſequentib.*
eſt communis ſententia *ſecundum Mencha. plures allegan-*
tem de ſucceſſion. creat. § 1. num. 29. probat latiſſime Bur-
gos de Paz, *in proœmio leg. Tauri. num. 327. plures citans,*
& plurimos D. Molin. lib. 1. de Hiſpan. primogeniis, cap. 8. num.
31. vbi quod nedum procedit in maioratu abſque Prin-
cipis facultate inſtituto, ſed etiam in illo, qui virtute Re-
giæ facultatis inſtitutus fuit, quod latius idem probat,
lib. 4. cap. 3. num. 10. verſ. ſed his non obſtantibus cum ſequent.
vbi in idem citat Simanc. *de Cathol. inſtitut. titul. 9. num.*
269. Ant. Gom. in l. 40. Tau. num. 89. Menoch vbi ſupra num.
32. & Sarmient. lib. 3. ſelectarum interpretat. cap. 8. num. 13.
& communem prædictam ſententiam latiſſime probat,
& defendit Pelaez *de maior. in 2. part. initio. num. 55. cum*
ſequentib. & iterum idem Molin. lib. 3. cap. 3. num. 11. cum ſe-
quent. iuncto num. 20. cum ſequent. Et quando id fit ex cauſ-
ſa publica intelligitur ſoluto bono cambio per Princi-
pem, † atque ideo legitimatio conceſſa per Principem 13
in præiudicium ſubſtitutorum vocatorum, requirit cauſ-
ſam publicam, de qua conſtet, citatis eiſdem, ſoluto bo-
no cambio, aliter enim non valet, vt cum alias probat
D. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. primogen. cap. 3. num. 22.* † I- 14
demq; eſt in habilitatione fœminarum ad ſucceſſionem
feudi, a qua per eius inueſtituram ſunt excluſæ, non e-
nim valet, niſi fuerit conceſſa & facta ex cauſſa publica,
& legitima, vt quoque poſt alios probat D. Molin. *d. lib.*
1. de Hiſpan. primogen. cap. 8. num. 31. ad fin. verſ. ex quibus.
† Quinimo non licet Principem contrarium facere ex 15
poteſtate abſoluta, iuxta magis communem ſententiam
auctorum, vt reſoluit D. Molin. *d. lib. 3. de Hiſpan. pri-*
mogen. cap. 3. num. 19.

Sed prædictis priuilegiatis & exemtis (*& nunc ad pro-*
poſitum a quo paululum diuertimus) per eundem Impera-
torem erat iam ius quæſitum ex ſuis generalibus priuile-
giis, & exemtionibus in vniuerſo orbe, præcipueque in
Regnis Caſtellæ, & Legionis: † Reges enim Hiſpaniæ 16
integrum habent dominium in ſuo Regno, & Domini
ipſius terræ vocantur, vt *in l. 1. titul. 11. partit. 2. Azeuedo,*
in l. 3. titul. 5. lib. 3. Noua Collectionis Regiæ: † Eandemque 17
poteſtatem habent Reges in ſuo Regno, quam habent
Imperatores in Imperio, *l. 8. titul. 1. part. 2.* idem proba-
re videtur *l. 7. in fin. titulo primo partit. 2.* & probat late
Suarez, *in q. maior. a num. 26. vſque ad num. 31. & Gregor.*
Lopez in d. l. 8. Auenda. cap. 4. prat. num. 5. in prin. lib. 1. † & 18
in Hiſpania Rex Imperator vocatur, *Villalob. in antinom.*
iur. ciuil. & Regij, cap. 1. per totum, Burgos de Paz, *in proœ-*
mio legum Tau. num. 143. & Azeued. in l. 1. num. 6. titul. 2.
lib. 2. Noua Collectionis Regiæ: Ergo non potuit eis aufer-
ri prædictum ius, eiſdem quæſitum per eundem Impe-
ratorem.

Et † propius accedendo conſidero, quod etſi decla- 19
rationi, & verbis ſummi Pontificis de facto ſuo proprio
plena ſit fides adhibenda, quoties gratia, vel intentio i-
pſius fundatur ſuper illis, *vt in Clem. 1. de probation. & ibi*
gloſ. in verbo, feciſſe narramus, & communiter omnes DD.
necnon & bene amplians Maſcard. *de probat. 1. tom. con-*
cluſ. 139. in prin. & num. ſequent. & latiſſime plures citans
idem Maſcard. *in 3. tom. concluſ. 1228. num. 1. cum pluribus*
ſequent. † Quæ concluſio procedit etiam in Imperato- 20
re, vel Rege non recognoſcente ſuperiorem, vt conſ.
reſpondet Paul. de Caſtro, *conſ. 339. colum. 2. vel. 1. &*
plures citans Maſcard. d. concluſ. 139. num. 10. cum ſequentib.
& la-

& latius d. concl. 1228. num. 11. cum ſequent. vbi *num. 23. in fi.*
21 dicit, eſſe magis communem opinionem, † hoc tamen
non procedit, quando agetetur de alterius graui præiu-
dicio, vt plures congerens, teſtatur Maſcard *in 1. loco ſu-*
pra citat. num. 14. & in 2. num. 101. cum ſequent. Fran. Becc.
conſ. 3. num. 44. lib. 1. & Azeued. in o[illegible]ſenti, num. 3. & Mo-
hedan. deciſ. 271. vbi etiam, quod Papæ non creditur aſ-
ſerenti, aliquem commiſiſſe delictum, etiam ſi fundet
intentionem in dicta aſſeueratione, quia agitur de alte-
rius graui præiudicio, *ſecundum Abb. & alios quos refert*
contra Bald. & Socin. & quod domini tenuerunt t.p. tan-
quam veriorem, & iuſtiorem, & magis communem, &
ſic quod rebellio non probetur per aſſertionem Papæ,
cum alio modo, non fuit probata.

22 Hinc † decidit Petr. Anchart. *conſ. 398. præmiſſo pro cla-*
riori aſſin. quod declaratio ſummi Pontificis dicentis,
ſuæ intentionis tunc fuiſſe, &c. non præiudicat illis, cui
erat iam ius quæſitum, quia talis interpretatio eſt iniqua
contra ius, & per conſequens nulla, & ab omnibus iu-
dicibus reſutanda per *l. quoties, & l. reſcripta, C. de precib.*
Imp. offeren. Aegid. Bellame. *deciſ. 725. inquit*, quod tales
declarationes ſunt iniquæ & ipſo iure nullæ, & attribu-
endæ circumuentioni importunati, aut errori, *ſequitur*
Socin. conſ. 240. in cauſſa, n. 10. vol. 2. Deci. in c. fin. n. 13. de con-
23 *ſtitut.* vbi inquit, † quod licet Paul. de Caſt & alii DD.
per eum citati loquantur in reſcripto, vel priuilegio, i-
dem tamen videtur dicendum *in l. vel conſtitutioni*, vt
non trahantur ad præterita, in alterius, cui ſit iam quæſi-
tum ius, præiudicium, niſi agatur de propria & ſimplici
declaratione, quæ verſatur in interpretatione verborū
dubiorum, in qua non poteſt dici alteri ius quæſitum ſe-
cundum Paul. de Caſt. *in l. heredes palam §. ſi quid poſt n. 4.*
ff. de teſt. ſequitur prædicta Becci. d. conſ. 5. n. 44. & 45. & 79.
24 quem refert Azeu. *d. n. 5.* † & quod aſſertioni Principis
(ſi res alteri detrimentum allatura ſit) non ſit fides ad-
hibenda, tenet Felin. *in c. cum a nobis, num. 1. & 2. de te-*
ſtibus: ſequitur plures referens, Maſcard. *de probat. 1. tom.*
concluſ. 141.

His tamen omnibus non obſtantibus, deciſio noſtræ
legis iuridica eſt, eiuſque declaratio recte fieri potuit,
25 pro cuius vera intelligentia obſeruandum eſt † quod
priuilegia conceſſa ab inuictiſſimo noſtro Imperat. Ca-
rol. V. Hiſpan. Reg. *de Caualleria o eſſempciones*, & ab a-
liis concedenda, triplicia eſſe potuerunt, ac poſſunt:
quædam tamquam ab Imperatore, & Rege in omnibus
ſuis terris & ditionibus Imperii & Regnorum ſuorum
Caſtellæ, &c. & tunc caſus clarus eſt, ſcilicet quod de
his nec loquitur, nec in eis procedit noſtra lex, imo hu-
iuſmodi priuilegia, prout ſonant, & iuxta eorum teno-
rem, ſunt obſeruanda in omnibus locis & partibus Im-
perii & Regnorum, *c. porro cum ſimilib. de priuil.* in claris
enim non eſt locus coniecturis, *l. continuus, §. cum ita, cum*
ſimilib. ff. de verb. oblig. Et patet quia Imperator in noſtra
lege non reuocat priuilegia a ſe conceſſa, & ſic ceſſant
obiectiones, & difficultates ſupra ſignatæ, ſed declarat,
vt patet, ibi: *Porque eſto es y fue nueſtra intencion al tiempo*
que los concedimos, o concedieren.

26 Alia † ſunt priuilegia expreſſe reſtricta, & limitata
ad terras Imperij tantum, & de his etiam non loquitur
noſtra lex Regia, cum de his non ſit dubitandum, cum
tantum valeant verba priuilegij, quantum ſonant, *vt in*
d. c. porro.

27 Alia † fuerunt priuilegia conceſſa tanquam ab Im-
peratore ſimpliciter, & generaliter in ſuis terris, & do-
minijs, mentione non facta ſuorum Regnorum, vel ſi
dictum fuerit ſuorum Regnorum, non fuit adiectum
Caſtellæ, nec expreſſum, quod ea concedebat tanquam
Rex Hiſpaniæ, ſed tanquam Imperator, quo caſu, cum
reuera dubium ſit, nec verbis conſtet de ſua intentione,
& voluntate, an ſenſerit quoque de terris Hiſpaniæ, cu-
ius Rex erat, necne: iure optimo potuit, & debuit fa-
cere prædictam declarationem, nemini faciendo iniu-
riam, cum eiſdem ſic priuilegiatis, id non conceſſerit
in Regnis Hiſpaniæ, nec de tali conceſſione literaliter
conſtet, ſicque nullum ius ſibi quæſitum extra terras
Imperii prætendere poſſint: & ita merito inquit Impe-
rator noſter: *Porque eſto fue, y es nueſtra intencion al tiempo*
que los concedimos, o concedieren. cui, cum ſe fundet in fa-
cto proprio diſpoſitiuo, credendum eſt abſque dubio,
ac ſi tunc id expreſſiſſet, *vt in d. Clem. 1. de probatio.* iunctis
omnibus ſupra dictis circa eius diſpoſitionem, quæ hic
optime conueniunt: præcipue doctrina Paul. Caſtrenſ.
in d. l. heredes palam, §. ſi quid poſt, cuius ſupra memini-
mus, & Felin. *vbi ſup.* † qui enim declarat, nihil de nouo 28
concedit, *l. heredes palam, §. ſi quid poſt. ff. de teſtam.* vbi in-
quit tex. ſi quid poſt factum teſtamentum mutari placu-
it, omnia ex integro facienda ſunt: quod vero quis ob-
ſcurius in teſtamento, vel nuncupat, vel ſcribit, an poſt
ſolemnia explanari poſſit, quæritur, &c. & ibi: poterit
ne poſtea declarare de quo ſenſerit? Et puto poſſe, ni-
hil enim nunc dat, ſed datum ſignificat.

Sic † etiam Menoch. *lib. 1. de arbit. iudic. q. 73. num. 7.* 29
cum ſequentib. agens, an iudex poſſit ferre teſtimonium
ſuper æquitate vel iniquitate ſententiæ a ſe latæ, quan-
do agitur de facto declarando, quo melius ſecundus iu-
dex re cognita ſententiam ferat, poſt aliorum opinio-
nem, *num. 13.* diſtinguit, quod aut agitur de facto ob-
ſcuro, declarando quod aliunde declarari non poteſt,
nec magni detrimenti res eſt, & tunc creditur iudici pri-
mo: aut mera declaratio non eſt, & res grauis eſt, &
tunc non creditur, præcipue quoties Princeps contra
ſubditum declarationem facit: † cum eidem poſſit re- 30
gulariter priuilegium ſibi conceſſum ſine cauſſa tollere,
l. qui fundos, C. de omni agro deſert. lib. 10. tex. & ibi *Inno-*
cent. in c. in noſtra, de iniuriis, gloſ. in reg. decet, de reg. iur. in
6. communis ſecundum, D. Couar. lib. 3. variar. reſolut. cap.
6. num. 1. & D. Molin. lib. 4. de Hiſpan. primogeniis, cap. 3.
num. 8. 16. & 17. vbi late hoc declarat, quomodo intel-
ligendum ſit, & Azeued *in l. 1. num. 22. titul. de las donna-*
tiones. lib. 5. Ergo a fortiori priuilegium proprium inter-
pretari, & declarare.

Sic † videmus, quod legitimatio non operatur effe- 31
ctum ſucceſſionis in bonis ſitis extra territorium legiti-
mantis, vt ex aliis probat, & dicit eſſe communem Mie-
res, *de maiorat. 1. p. q. 58. num. 10.* & eſſe frequentiorem o-
pinionem ex Oroze. *in l. fin. num. 2. 3. 4. & 6. ff. de iuriſdi-*
ctione omnium iud. refert Azeued. hic n. 1.

Ratio † autem noſtræ l. eſſe potuit ea, quia ſi priuile- 32
gia illa aliter intelligerentur, eſſent damnoſa his Regnis
Caſtellæ, vt pote in præiudicium bonorum hominum
tributariorum, & ideo reſtringenda ad terminos Impe-
rii ex voluntate & intentione concedentis, hac lege de-
clarata: cum alias regulariter priuilegium immunitatis
alicui conceſſum, reſtringendum ſit, tanquam publicæ
vtilitati nociuum, vt ſupra diximus, † & priuilegia dam- 33
noſa poſſunt per concedentem interpretari, & limitari,
vt damna ceſſent, *vt in l. 1. ſupra hoc titul* imo & in totum
reuocari, *vt in d. c. dilecti, & in c. ſuggeſtum, de decimis, &*
Glo. in c. quod per nouale de verb. ſig. l. 4. in fin. tit. 20. part. 1.
† quo fit, vt maiori ratione poſſit concedens illud inter- 34
pretari, etiam abſentibus partibus, *teſte Azeued. cum aliis*
in d. l. 1. num. 81.

Ad rationes dubitandi in ſpecie reſpondetur: ad pri-
mam, qua dictum eſt, beneficia Principis & Imperato-
tis eſſe latiſſime interpretanda: † nempe vt nihilomi- 35
nus beneficia non ſint adeo interpretanda, vt fiat contra
mentem concedentis, vt voluit Curt. Senior, *conſ. 16.*
Grammat. conſ. crimin. 6. in cauſſa, num. 18. Beccius conſ. 28.
num. 19. mens autem Principis non eſt præſumenda hu-
iuſmodi fuiſſe in dubio, vt Regna Caſtellæ com-

prehendat, cum id non expreſſerit, quod facile fuiſſet exprimere, *argumento l. vnica §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend.* nec eſt præſumendum illud voluiſſe, ſed potius contrarium, vt in noſtra lege, quia alias eſſent damnoſa prædicta priuilegia publicæ vtilitati horum Regnorum, vt dicebamus.

56 Secundo. † Reſpondemus, quod quamuis beneficia Principum ſint pleniſſime interpretanda: attamen nunquam ita interpretatio facienda eſt, vt includat plura ſpecialia: licet enim vna diſpenſatio ſit fauorabilis, plures tamen ſunt odioſæ, ita notabiliter inquit Bal. *in l. fin. in 1. l. ct. in verſ. & nota,* quod beneficium ſic eſt interpretandum, *argumento l. ſi quando, C. de in offic. teſt.* vbi ſi concedatur inhabili facultas teſtandi, non tamen ideo cenſetur conceſſum, vt omittat ſolemnitates iuris, quia eſſent duo ſpecialia contra *l. 1. C. de do u, promiſ.* quam reſponſionem atque intellectum *ad d. l. pe ult. ff. de conſtitut. Princip.* ſequitur Iaſ. ibi, *num. 32. in verſ. quinto ſignantur limitationes, & Natta, conſ. 363. ſtante, num. 9. inter conſ. ta Syluani, & ſub eius nomine, conſ. 100. ſtante Marchionali, num. 10.* refert, & ſequitur dicens, ſibi magis placere in ſuo caſu hanc reſponſionem Beccius, *d. conſ. 28. num. 20.* Sed in ſpecie noſtra, ſi aliud diceremus, priuilegia prædicta includerent duo ſpecialia: vnum, quod plebeius efficeretur miles, vel nobilis; alterum quod in dubio extra terras Imperii extenderetur priuilegium contra mentem & voluntatem concedentis. Ergo ſtricte eſt interpretandam.

57 Poteſt † & tertio reſponderi, beneficia Principum eſſe ſtricte interpretanda, quando agitur de præiudicio tertii (prout hic agitur) de præiudicio publico ſubditorum horum Regnorum Caſtellæ, vt ſupra probauimus, & in terminis d. regulæ tenet Menoch *conſ. 13. num. 16. & 36. vol. 1.* & alibi etiam hoc docuimus.

Ad doctrinam Paul. Caſtrenſ. *in d. l. ſi ex toto. in princip. num. 4. ff. de legatis,* dicentis contra Dynum, conceſſa immunitate alicui a collectis, cenſeri etiam conceſſam a futuris collectis, etiam ratione publicæ vtilitatis
58 imponendis: † reſpondemus falſam eſſe opinionem Pauli, & ſententia Dyni tenentis contrarium, eſt magis communis ſecundum Iaſ. ibi: *num. 12. & 18.* dicentem, quod eam tenebit in iudicando & conſulendo, ſexque fundamentis comprobat, & præcipuum eſt, *l. 1. C. vt nem. liceat. ab emto ſpecul. ſe excuſare. lib. 10. iuncta gloſ. 1. ibi & ſecundum Alcia. vbi ſup. reſpon. 140. num. 1. & 3. & Fran. Mar. 1. par. deciſ. 338. num. 18. cum ſequent. num. 27.* quam limitat *Alcia. vbi ſup. d. num. 3.*

Ad tertium de poteſtate Principis conferendi nobilitatem ſubdito extra territorium, quia eſt actus voluntariæ iuriſdictionis, idem in militia, dignitate, & legitimatione videmus in profitendo, quia de poteſtate non dubitamus, ſed de defectu voluntatis, & intentionis, quam in dubio credimus defuiſſe, præterquam, quod Imperator noſter id affirmat atque declarat in decil. noſtræ legis.

Reſolutio Mencha. *vbi ſup.* in contrarium adducta, non nocet, quia loquitur in nobilitate conceſſa plebeio a Rege in ſuiſmet Regnis, & intra territorium eorum, tametſi terra Ordinum militarium ſit.

Quintum, quod Princeps nunquam in dubio videtur præiudicare iuri alteri quæſito, ſimiliter non obeſt: quoniam, vt dicebamus ſupra, prædicti priuilegiati non habent illud ius acquiſitum in noſtra ſpecie, quod ad Regna Caſtellæ: quinimo contra eos retorquetur ſuum argumentum, quando quidem, ſi quod ipſi aſſerunt verum eſſet, præiudicaretur publicæ vtilitati horum Regnorum, ac proinde eidem per ſua priuilegia Imperator non eſt cenſendus voluiſſe præiudicare: ideoque reſtringenda, ne bonis hominibus horum Regnorum præiudicent.

Ad vltimum, de declaratione Principis, quod ei non credatur in præiudicium tertii, cui eſt ius quæſitum, iam eſt reſponſum, negando, quod ſit ius quæſitum priuilegiatis huiuſmodi quoad noſtra Regna: quinimo contrarium eſt verum in dubio, vnde declaratio eis nocet.

Vltimo, † obſeruandum erit circa legis noſtræ intel- 39
lectum, quod huiuſmodi priuilegia, de quibus in ea, nec in foro conſcientiæ ſuffragantur impetranti extra terras Imperii in his Regnis Caſtellæ: quinimo, ſi ignorantia officialium Concilii oppidi permiſſum fuerit, ibidem
† ſic priuilegiatis non contribuere ratione ſuorum hu- 40
iuſmodi priuilegiorum, tenebuntur priuilegiati prædicti vltra peccatum ad reſtitutionem eius, quod re vera in illo oppido debebant alias contribuere, & deſierunt contribuere occaſione prædicta, vt conſtat ex traditis in propoſito per Anton. a Cordub. *in ſua ſumma de caſos de conciencia, q. 97. per totam.*

SVMMARIA.

1 *Arma & equi militum, capi, aut pignorari non poſſunt pro vllo debito, niſi ſit Regis, & an hoc procedat, aliis bonis exſiſtentibus, vel etiamſi alia bona non exſiſtant agitur late in numeris ſequentibus præcipue, num. 4. cum ſeqq.*

3 *Boues aratorii & alia iumenta, aut præparamenta ad arandum capi non poſſunt pro debito ruſticorum præter quam, &c. vt ibi habetur, & num. ſequentib. hodie in hoc lata eſt noua pragmatica, quæ refertur num. 10.*

In l. 9. tit. 1. l. 9. Nouæ Collect. Reg.

QVÆSTIO XII.

QVÆRO, † circa hanc l. 9. titul. 1. lib. 9. Nouæ Col- 1
lect. Reg. diſponentem: *Que porque los Caualleros, y hombres hijosdalgo eſten apercebidos para quando los aya meneſter ſu Mageſtad, los ſus cauallos, y armas de ſu cuerpo no ſean prendados, ni tomados por alguno, ni ningun debdo, ni fianza que ayan hecho, ni hizieren, ſaluo por los debdos deuidos al Rey y lo miſmo quiere que ſe eſtienda a todos aquellos que mantuuieren armas, y cauallos aunque no ſean armados Caualleros.* Idem probat *l. 3. & 5. infra titul. ſequent. de los hijosdalgo,* vbi etiam, quod nec domus ſuæ habitationis poteſt capi.
† *An leges hæ procedant tantum aliis bonis exſiſtentibus, in qui-* 2
bus fiat exſequutio, vel etiam ſi alia bona non exſiſtant? Et in hoc videntur leges ipſæ inter ſe diſſidere. Lex namq; *5. tit.*
17. lib. 5. Noua Collect. Reg. diſponens: † *Que por deudas no* 3
ſean tomados prendados, ni embargados por ninguna manera bueyes, ni beſtias de arar, ni los aparejos que ſon para arar, y labrar, y coger pan, y los otros frutos de la tierra: ſaluo ſolamente por los pechos y derechos Reales, y de los otros Sennores, o por deudas que deua el labrador al ſennor de la heredad (quod per l. ſtatim ſequentem extenditur ad equos & arma militum fidalgorum) loquitur, *no ſe hallando otros bienes muebles y rayzes.* & ita nos late probauimus cum aliis *in noſtro tractatu de iuramento confirmat. 1. part. cap 17. num 18.* alias enim nullis aliis bonis exſiſtentibus præter arma, & equos nobilium, libros ſtudentium. Breuiarium, & fructus præbendarum Clericorum in illis fieri exſequutio poteſt iuxta glo. *in l. exſequutores, C. quæ res pig. oblig. poſſunt,* vt prædiximus & late probat Baeza, *de in ope debito cap. 16. num. 19. cum ſequentibus.* Congerit alios plures nos referens nouiſſime D. Azeuedo, *in l. fin. titul 21. lib. 4. Noua Collect. Reg. num. 45. cum ſequentibus, præcipue num. 47.* & quoad domum attinet, inquit Baeza, nunquam vidiſſe prædictam legem ſeruari, ſed tantum, quoad equos & arma: ſed Otalor. *de nobilitat. 5. part. cap. fin. num 3. pag. 145* aſſerit: *Que aunque quanto a la caſa de ſus moradas* raro illæ leges practicentur: *pero quanto a las armas, y cauallos y mulas, y ropas de ſus perſonas y cama,* omnino obſeruatur; imo etiam circa domum in facti contingentia fuit

fuit valde dubitatum in Valliſoletana Cancellaria in cauſſa cuiuſdã nobilis militis Segobienſis: Sed his temporibus in eadem Regia Cancellaria in cauſſa alterius nobilis Ciuitatenſis fuit deciſum duab. ſententiis conformibus, domum habitationis eſſe reſtituendam prædicto nobili, quæ pro exſequutione cuiuſdam debiti fuit ſibi ablata, & creditori tradita in prima inſtantia iudicis ordinarii Regis Ciuitatenſis, a quo fuerat appellatum, id quod fulcitur ex nono, *c. Curiarum Madrit. anno 1588. publicat. anno 1593. petitione 44.* iuncta eius deciſione, vbi cum eſſet petitum, quod priuilegia nobilibus conceſſa, inuiolabiliter iuberentur cuſtodiri. *Como es para que por deudas que deuan, no ſean prendadas las caſas de ſu morada, ni los cauallos, ni las mulas, ni las armas de ſu cuerpo, y que no puedan ſer pueſtos a queſtion de tormento.* Reſponſum fuit a noſtro Rege Philippo II. *Que los priuilegios y libertades que por las leyes deſtos Reynos eſtan concedidos a los nobles hijosdalgo dellos, manda ſe le guarden; y no ſe les quebranten como por aquilla peticion ſe ſuplica.*

4 Rurſus † *l. 23. tit. 21. part. 2.* contrarium videtur probare in armis, & equis dum inquit, *E aunque no falleſſen coſa en que la prendaſſen, no les deuen tomar los cauallos de ſus cuerpos, ni deſcenderlos de las otras beſtias en que caualgaſſen.* Idem expreſſe probat *l. 1. cap. 6. tit. 6. hoc lib. 6.* ibi: *Y por ninguna deuda de alcauala, ni hermandad, ni por otra cauſa, ni razon alguna, priuilegiada y no priuilegiada, no ſe pueda hazer execucion, ni prenda, ni repreſaria alguna en las tales armas que ſe han de tener, conforme a lo ſuſodicho, a pedimiento, nueſtro, ni de nueſtro procurador Fiſcal, ni de otra perſona alguna, pueſto que los tales deudores no tengan otros bienes, ſaluo las dichas armas, &c.* vbi non ſolum in militibus & nobilibus hoc ſtatuitur, ſed etiam in omnibus ſubditis & naturalibus cuiuſcumque ſtatus, & conditionis exſiſtant, quibus generaliter præcipitur, & nouus ordo præfigitur a Regibus Catholicis Ferdinando & Eliſabet, *Que tengan cada vno dellos en ſu caſa y poder armas offenſiuas y defenſiuas conuenibles, ſegun el eſtado y manera y facultad de cada vno, ſegun ſe manda y declara por la dicha ley,* cap. 1. cum ſeq. *Y eſto por el bien publico deſtos Reynos,* vt in princ. d. l. 1.

5 In † hac quæſtione, & ingenti controuerſia D. Azeued. *in l. fi. num. 51. tit. 21. lib. 4. Noua Collect. Reg.* ex dictis legibus, & praxi communi tenet, militibus tempore belli, & aduocatis dum aduocant, Doctoribus dum legunt, & ſcholaribus ſtudentibus, ruſticiſque tempore agriculturæ, & dum in actu & exercitio, quælibet harum perſonarum officii ſui adeſt, arma, equos, libros, boues aratorios, & omnia alia agriculturam concernentia reſpectiue non eſſe exſequenda, nec pro exſecutione capienda, etiamſi alia bona non habeant: lapſo tamen hoc tempore, tunc demum capienda, ſi alia bona non habuerint, præterquam pro tributis Regiis, vel dominorum, vel agrorum conductorum: pro his enim durante dicto tempore poſſunt capi & exequi in ſubſidium, ſicque in defectum aliorum bonorum, & citat ad hoc *d. l. 1. §. 6. titul. 6. hoc lib. 6.* (ſupra iam expenſam) per locum ab ſpeciali: exiſtimans, ibi poni caſum ſpecialem, in quo non ſunt capienda arma militibus, etiam pro tributis Regum, & dominorum, quantumcumque alia deficiant bona propter publicam & communem vtilitatem ex eis prouenientem, tempore belli & neceſſitatis: Ergo ſumto argumento ab ſpeciali, vera eſt prædicta propoſitio. hæc Azeued. vbi ſup.

6 Ego † vero ſic clarius reſoluo, noſtram quæſtionem, vt in armis non ſolum militum, & aliorum nobilium, ſed etiam ceterorum bonorum hominum, nullo tempore fieri poſſit exſecutio pro debito ciuili, etiam priuilegiato, quamuis alia bona non exſiſtant, ex *d. l. 23. tit. 21. part. 3. iuncta d. l. 1. cap. 6. tit. 6. hoc lib. 6. ſupra relata,* quæ hoc expreſſe probat, & nouiſſime ita cauetur in Curiis editis Madrit. anno 1593. c. 27. vbi ita dicitur: *Y tenemos por bien y mandamos, que a las perſonas que tuuieren armas, agora ſea de cauallo, o de infante, no ſe le pueda hazer, ni haga execucion en ellas, aunque no tenga otros bienes mas de las dichas armas.* Itaque hodie in armis non procedit *d. l. 5. & 6. tit. 17. lib. 5. Noua Collect. Reg.* dum dicit: *No ſe hallando otros bienes muebles y rayces,* cum imo etiam, his deficientibus, adhuc exequutio in armis fieri non poſſit, vt indictis prioribus legibus: ex quarum generalitate & litera manifeſte patet, hoc locum habere, non ſolum tempore belli, ſed etiam ante, vel poſt, quando quidem vtroque tempore militat eadem ratio: opus enim eſt etiam armis tempore pacis, vt & ipſa tempore belli præſto ſint, & ſic tanquam præparamentum ad bellum gaudent omni tempore eodem priuilegio.

In † ceteris vero rebus, nempe libris, bobus aratoriis, 7
& ceteris agriculturæ inſtrumentis, atque præparamentis teneo diſtinctionem Azeued. ſupra relatam.

Pro cuius primo membro, tempore ſcilicet agriculturæ eſt *l. expreſſa 25. tit. 13. lib. 8. huius Noua Collect. Reg.* quæ ita ſe habet: *Otro ſi mandamos, que los bueyes y mulas, y beſtias de arar, y los labradores que con ellas trabajaren, en tanto que labraren, o ſe ocuparen en las labores de pan y vino, que gozen y puedan gozar de toda ſeguridad, y no ſe haga, ni pueda hazer en los dichos labradores, ni beſtias, prendas, ni repreſarias, ni execuciones algunas, por ninguna, ni algunas deudas de qualeſquier qualidades que ſean, aunque muy priuilegiados ſean, y qualquier merino, o jurado, o executor, o otra qualquier perſona que lo contrario hiziere, ſea priuado y caſtigado por nueſtros Alcaldes de la hermandad, ſaluo ſi la tal execucion ſe hiziere por marauedis a nos deuidos de las nueſtras rentas, o de la contribucion de la dicha hermandad, o en los otros caſos de derecho permitidos.*

Ex † cuius legis generalitate deducitur, illo tempo- 8
re non fieri diſtinctionem, an ruſtici prædicti habeant, vel non alia bona: indiſtincte enim eſt accipienda eius deciſio, & hoc fauore agriculturæ, & pro bono publico introductum eſt.

Ad † ſecundum membrum prædictæ diſtinctionis, 9
hoc eſt, lapſo tempore prædicto, vt tunc non fiat exſequutio in prædictis bonis, quando alia exſiſtunt; ſecus alias probatur expreſſe *in d. l. 5. tit. 17. lib. 5. huius Noua Collect. Reg. ſup. citata,* & in noſtra & ceterorum reſolutione quam adduximus *in d. noſtro tract. de iuram. confirmat. 1. p. c. 17. num. 8.* de qua ſupra *num. 3.* & ſic concordantur, atque recte intelliguntur omnes prædictæ ll. Regiæ, & praxis habenda circa earum materiam, dilucidatur, quam iudices ſeruare debent, alias male ſe habebunt, & peccabunt, cum ſint legis iuſtæ, ac pro bono publico ſtabilitæ.

Hodie † poſt hæc ſcripta præconizata fuit noua pra- 10
gmatica noſtri Regis Philippi II. 10. diebus menſis Martii, anno 1594. qua cauetur, *Que los labradores que por ſus perſonas, o por ſus criados, y familia labraren, no puedan ſer executados por deuda deuida por carta, contracto, o en otra qualquier manera en ſus bueyes, mulas, ni otras beſtias de arar, ni en los aperos, ni aparejos que tuuieren para labrar, ni en ſus ſembrados, ni barbechos en ningun tiempo del anno, aunque no tengan otros bienes, ſaluo por los pechos y derechos annos deuidos, o por lo renta de las tierras del ſennor de la heredad, o por lo que el tal ſennor les ouiere preſtado y ſocorrido para la dicha labor, y en eſtos tres caſos quando no tuuieren otros bienes de que puedan ſer pagadas las dichas deudas, y que vn par de bueyes, mulas, o otras beſtias de arar no puedan ſer executados en los dichos tres caſos, ni por otro alguno.*

SVMMARIA.

1 *Fidalgui Hiſpaniæ tenentur prouocare pacem, & concordiam pacto inter ſe initam, nec vllo modo debent eam violare.*

2 *Rumpere pacem non dicitur ab alio prouocatus, & num. 3.*

& ſic ex noua cauſſa, etiamſi conuentio pacis fuiſſet iuramento vallata, vt in num. 26. & ampliatur alijs modis, num. ſeq.
3 Clauſula, rebus ſic ſtantibus, & aliquo de nouo interueniente, intelligitur ineſſe in quacumque promiſſione, & conuentione pacis, etiam iurata.
4 Frangenti fidem, poteſt eidem frangi fides, ſed non procedit in tregua, vt in n. 10.
5 Stare non tenemur conuentis, etiam iuramento confirmatis, ſi aduerſarius illis non ſtat.
6 Pacis conuentione facta in multis, ſi aduerſarius fidem in vno non ſeruat, nec nos in illo, nec in reliquis tenemur ſtare.
7 Contrauenient primo conuentis, non poteſt agere contra ſecundum, quia contrauenit paci, ſed bene ſecundus contra primum.
8 Tregua ex noua cauſſa non dicitur rupta, & num. ſeq. contra, & pro.
9 Proditori etiam probanda eſt fides promiſſa, & n. 11.
14 Pax rupta non dicitur ex noua cauſſa, num. 2. & quomodo hoc intelligatur, num. 14 & ampliatur, vt procedat, etiam ſi conuentio pacis fuiſſet iuramento vallata, vt in num. 26. & etiamſi talis noua cauſſa non eſſet vera, vt in num. 27. & etiamſi non eſſet iuſta, vt in num. 28. & n. 29 quomodo probetur noua cauſſa.
15 L. penult. titul. 11. p. 3. intellectus.
16 Pax rupta dicitur ex ſolis minis, eſto quod non ſit ſequutus minarum effectus.
17 Rixam incipientes dicuntur prius pacem rumpere, & ideo prouocati, quamuis offendant prouocantes, non incurrunt pœnam pacis ruptæ.
18 Prouocatus excuſatur de eo, quod facit contra prouocantem.
19 Prouocatus ſemper quod facit, præſumitur facere ad ſuam defenſionem.
20 Prouocato nedum licitum eſt offendere prouocantem ex actuali prouocatione, ſed etiam ex ſola præparatione ad offendendum.
21 Accedens ad locum exſpectans alterum tranſeuntem, ibi ſe armis accomodando, præſumitur cogitare de rixa & offenſione.
22 Aggreſſor præſumitur melius armatus.
23 Aggreſſor ille præſumitur, ex cuius cauſſa præceſſerunt inimicitiæ, & qui primo prouocauit ad rixam, & fuit cauſſa rixæ.
24 Aggreſſor præſumitur quis ex verbis prolatis.
25 Pœna mitiganda eſt ei, qui prouocatus voluit ſe vlciſci.
30 Noua cauſſa ad pœnam euitandam ſemper in dubio præſumitur.
31 Proditorius, homicida, vel percuſſor, quis dicatur: & numero 32.
33 Rixa vbi præceſſit, ceſſat deliberatio & proditio.
34 Inquiſitus de rixa animo præmeditato poteſt ſe defendere probando rixam præcedentem.
Rixa vbi conſtat, in dubio præſumitur, quod in rixa & a corrixante fuerit quis vulneratus ibidem.
35 L. 1. tit. 2. lib. 6 Nou. Collect. Reg. intellectus & ratio decidendi, & num. ſeqq.
36 Diffidationis commodum refertur.
37 Diffidatio pertinet ad fidalgos non vero ad plebeios & quare: & pœna diffidantium ſe, ibid. & n. 38.
39 Differentia inter nobiles, & plebeios diffidantes ſe: & aſſimilatur in hoc, in caſu de quo nu. 40.
41 Hodie non multum curatur de illa fide antiqua, quam præſtiterunt ſibi inter ſe olim fidalgui Hiſpaniæ: quia non eſt in vſu diffidatio, nec materia tractanda in reptatione, neque in duello.
42 Vſus deteſtabilis duellorum introductus fabricante diabolo punitur hodie per ſanctum Concilium Tridentinum vt hic: & etiam l. Regia, vt in n. 43.
44 Proditionis & aleuoſiæ quatuordecim modi.
45 Proditionis & aleuoſiæ differentia, & nu. 46. & 47.
48 Pœna occidentis alterum proditorie vel aleuoſe iure Regio, quæ ſit?
49 Pœna mortis ſecura?
50 Mors ſecura, quæ dicatur.

In l. 1. tit. 2. lib. 6.

QVÆSTIO XIII.

QVÆRO circa *l. 1. tit. 2. lib. 6.* **Noua Collect. Reg.** qua cauetur: *Que los hijosdalgo de Eſpanna guarden entre ſi, y no ſean oſados de romper la buena paz y concordia que otorgaron y prometieron vnos a otros de guardar entre ſi, por pacto y buena fe: ſin dolo y mal enganno, como lo mando el Emperador don Alonſo en las Cortes de Najera, ſo pena de incurrir en pena de aleuoſo*: quomodo procedat lex hæc, & de intellectu ipſius? 1

Aut † enim nobilis rupit pacem prouocatus: aut non prouocatus. Si prouocatus ab alio nobili non dicetur fractor pacis, cum iam ab aduerſario per prouocationem eſſet prius rupta pax, iuxta doctrinam Bart *in l. aut facta §. cauſſa, num. 1. circa fin. ff. de pœnis*, vbi tenet, quod ſi de pace rupta dubitetur, non ideo rumpi dicetur ad incurrendam pœnam fractæ pacis, ſi ex nunc, ſuperueniente noua cauſſa, rumpatur, & hæc eſt indubitata & receptiſſima Doctorum ſententia, vt conſtat ex DD. ſtatim allegandis, qui plurimos alios citant & eundem Bart. *in alijs locis*: ex quibus latiſſime id facit Paul. Pariſ. *conſ. 164. num. 24. vol. 4. & conſ. 165. num. 26. eod. vol. & Hippoly. conſ. 76 num. 30. cum ſeq. & conſ. 119. num 1. & conſ. 122. num. 8. Tiber. Decian. conſ. 4. num. 22. vol. 3. & Maſcar. de probat 3 tom. concluſ. 1157. num. 5. & 6.* vbi dicit communem & Anton Galeat. *conſ. 33. nu. 24. vol. 1. & Alfonſ. Hojeda, de incompat. benef. 1. part. cap. 23 num. 18.* redditque Maſcard. rationem *vbi ſup. num. 7* † quia in conuentione pacis, ſicut in alia qualibet promiſſione, etiam iurata intelligitur ineſſe illa clauſula, rebus ſic ſtantibus, & aliquo de nouo non ſuperueniente, vt ibi late iure probat, plurimos ita tenentes allegans, quæ communis ſententia hodie iure noſtro Regio approbata eſt per l. 4. *circa fin. tit. 12. part. 7 in verſ. Otro ſi dezimos* ibi: *No lo faziendo, o ocaſion nin por otro yerro que acaecieſſe entre ellos de nueuo.* vbi Greg Lopez *in gloſ. De nueuo*, inquit: habes hic tex. expreſſum pro illa communi concluſione Doctorum, quod non videtur ruptor pacis, qui rupit ex cauſſa nouiter orta; & ſi inimicus meus fregit pacem, non teneor illam ſibi ſeruare, & allegat nonnullos auctores eam tenentes: eſtque vera & communis concluſio, vt plures allegans affirmat etiam Anton. Galeat. *d. conſ 33. nu 27 & 28.* vbi etiam ampliat, dato quod in inſtrumento pacis appoſita fuerit clauſula, rato manente pacto, & quoties committatur pœna, quoties contra factum fuerit, quia talis clauſula ſolum operatur quoad fauorem obſeruantis pro parte ſua; ſecus quoad non obſeruantem. Vnde ille qui primo non obſeruauit, toties incurrit pœnam, quoties contrauenit: ſed ille qui primo obſeruauit, & pax ſibi fuit rupta, abſque incurſu pœnæ poteſt alium offendere, nec dicitur rumpere pacem, quia quoad eum dicta clauſula non operatur, niſi in eius fauorem, *vt per Paul. Caſtrenſ. & alios quos ibi refert, & conſ. 26. num. 6. cum ſeqq.* vbi quod ex quo fracta fuit vni parti tregua, amplius hæc non tenetur ad illius obſeruantiam, *vt in l. qui fidem. ff. de tranſactio. & in l. cum proponas, la 2. C. de pactis, & ibi DD.* † nec immerito quia frangenti fidem poteſt eidem fides frangi, *cap. 3. circa fin. de iur. iur. Rolan. a Valle late conſ. 99. num. 8. vol. 4. Becc. conſ. 45. num. 9 deciſ. Peruſin. 90. num. 28.* 2 3 4

Si † enim aduerſarius promiſſis, cum eo conuentis, non ſtat, nec nos ſtare illis tenemur, eſto iuramento eſſent confirmata, vt in terminis induciarum, quas treguas vocant, probauit nouiſſime Molin. Theolog. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſput 111. in verſ. quod vero attinet.* † vbi etiam quod ſi ſimul multa conſtituerentur ad pacem componendam, & aduerſarius fidem in vno non ſeruaret, nec nos in illo, nec in reliquis tenemur ſtare conſtitutis: de quo latiſſime Rolan. *vbi ſupra num. 6. cum ſequent.* & Becci. *vbi ſupr. num. 6. & per totum conſilium.* 5

7 Sic etiam, † quando conſtat, quis primo contrauenerit paci, & vnitati, iſte primus non poterit agere contra ſecundum, quia contrauenit, ſed bene ſecundus contra primum, vt inquit Bartol. *in l. 1. §. cum arietes. num. 2. ff. ſi quadrupes pau. fecis. dicatur.* quæ ſententia eſt communis & magis communis, vt ex aliis refert Alfonſ. Hoieda, *vbi ſup. num. 17.* aduerſus alios contrarium tenentes, quos ibi citat, de qua communi ſententia late agit Iulius Clarus *libro quinto, recept. ſententiarum. quæſtio. 47.*

8 Et id † quod in pace fracta ex noua cauſſa prædiximus; procedit etiam in tregua, quæ quidem ex noua cauſſa non dicitur rupta, ſecundum plurimos auctores, quos refert & ſequitur Maſcard. *vbi ſup. num. 74.* & conſtat ex ſupradictis.

9 Sed hæc ampliatio † in tregua difficultatem habet, tum iure communi, quia licet tu mihi facias proditionem, non tamen debeo ex eo aliquid contra te moliri, cum tibi fidem promiſerim *c. noli. 23. q. 1. & in c. q. Deo, 33. q. 5.* † Regula igitur quę habet, non ſeruanti fidē, fidem nō eſſe ſeruandam, de qua ſupra non procedit in tregua, ita tenent *Vincent. in c. 1. de treg. & pace, Angel. Imol. Paul. de Caſt. & Alexan. in l. ſi ex legati cauſſa. ff. de verbor. oblig. & alij plures quos congerit Maſcard. vbi ſup. num. 75. & 76.* vbi ex nonnullis auctoribus refert, quod hæc opinio ſeruatur de conſuetudine in Hiſpania, & alibi, & inquit Iaſ. *conſ. 170. minime magnifici, n. 5. vol. 2.* quod imo iſta opinio procedit de iure.
10

11 Tum etiam † iure Regio, nempe *ex l. penultim. tit. 11. part. 3.* dum decidit, quod fracta tregua ab vna parte, altera debet eam ei ſeruare propter iuramentum, niſi aliud in ea ſpecie caueatur: *Gano es derecho* (inquit lex) *que ſi alguno fiziere a otro traycion o aleue, que el otro ſe vengue del en aquella miſma manera.*

12 Nihilominus præcedens ſententia negatiua, † & ſic mitior in tregua quoque verior & communior eſt, & ideo tenenda in iudicando & conſulendo, vt ex aliis auctoribus probat Maſcardus *vbi ſupra num. 76. in verſ. ſed prima opinio.* vbi refert Claudium, *in l. cum proponas. C. de pactis.* Dicentem, quod ita vbique practicatur, & ſeruatur, præterquam in Hiſpania, ſed ipſe Maſcardus *num. 77.* inquit, quod imo Doctores conueniunt in hoc, quod iura loquentia de frangente pacem, habeant etiam locum in frangente treguam ex diſpoſitione iuris: & opinio contraria Vincentij & ſequentium procedat, ſtante conſuetudine, & ita ſe vſu habente. De conſuetudine autem contraria Hiſpaniæ nobis non conſtat, nec Claudius de illa diſponens, audiendus eſt, cum ſit ſingularis: & ideo niſi probetur legitime prædicta conſuetudo, ſtandum quoque eſt in Hiſpania in praxi præfatæ opinioni, tanquam magis communi, & veriori de iure, quam defendimus: tum ex identitate rationis in pace & tregua: tum etiam quia fundamentum contrarium procedit in eum ſenſum, vt non liceat impune alteri rumpere treguam, etiam ex noua cauſſa, licet tregua prius fuerit rupta ab altera parte: ſi tamen aliud fiat, non dicetur rupta tregua, ſed aliter punietur, vt inſinuat Philip. Corneus, *conſil. 213. incip. licet prædicti, col. 2. volum. 2.* relatus a Maſcardo *vbi*
13 *ſupra num. 76.* † Fatemur ergo, quod licet tu mihi facias proditionem, non tamen ex eo debeo aliquid contra te moliri, ſi tamen moliar, non incidam in pœnam ruptæ treguæ propter nouam cauſſam, anſamque a te mihi præſtitam; aliter tamen debeo pro delicto in eo puniri.

Huc exſpectat, † quod idem Maſcard. *vbi ſupra num. 28. & 29.* reſoluit in pace rupta ex noua cauſſa, tam in continenti, quam ex interuallo, vt tunc non dicatur pars rupta quo ad pœnam conuentionalem parti applicandã, ſecus reſpectu pœnæ Fiſco applicandæ: nam ex interuallo offendēs, etiam prior offenſus punitur, ſicut & puniretur incontinenti quo ad Fiſcum, qui nihil aliud reſpicit niſi delictum, & ideo niſi offenſus offendiſſet ad ſui defenſionem, plecteretur quo ad Fiſcum, vt voluit Baldus *in l. vt vim, ad finem. num. 10. ff. de iuſt. & iure.* & ideo quando pax rumpitur ab vtroque, id eſt, ab offendente primo, & poſtmodum ab offenſo offenſam vindicante, ab vtroque pœnam Fiſcus exigere poteſt, ſi diuerſo tempore fiant, ſunt namque & dicuntur duæ offenſæ ſecundum Doctores quos in hoc refert, & ſequitur idem Maſcardus *dict. num. 29.* Ex quorum verbis ac mente (ni fallor) colligo & deduco, velle ipſos dicere, vt ſecundus, qui prouocatus venit contra pacem fractam, minime incidat in pœnam aleuoſiæ, quæ alias incurritur ex pacis conuentæ fractione, & ſic in pœnam conuentionalem, ſed in aliam Fiſco applicandam propter delictum ab eo commiſſum: licet enim altera pars, prius venerit contra pacem, nihilominus ei non licuit, nec licet alicui (ſi id non faciat in continenti ad ſui neceſſariam defenſionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ) propria auctoritate ſe vindicare, aut vindictam ſumere de ſuo aduerſario, ſed iuridice poterant ſatisfactionem ſuæ iniuriæ petere, adeundo iudicem, *argum. l. nullus. C. de Iudæis.* ibi: *cum alioqui etiam ſi ſit quis ſceleribus implicitus*, idcirco tamen iudiciorum vigor, iuriſque publici tutela videtur in medio conſtituta, ne quiſquam ſibi ipſi permittere valeat vltionem. 14

Sed neque prædicta l. partitæ, † quam ſupra adduximus contra prædictam magis communem ſententiam, quam defendimus, atque probamus, quicquam obeſt, quia loquitur, quando rupta fuit pax, dando damna in rebus, & non vult idem eſſe, quando damnum infertur in perſonis: item etiam loquitur, quando in tregua interuenit iuramentum: Vnde forte ſi hoc ceſſaret, ſicut non dicitur quis ruptor pacis, ſi noua cauſſa ſuperueniat, *vt in dict. l. 4. in fin.* ſic nec dicetur ruptor treguæ, vt puniatur, tanquam talis ruptor, vnde pœna alias remanebit in diſpoſitione iuris, ita adnotante Gregor. Lopez, *in l. 3. gloſſ. magna, ad finem. titul. 12 part. 7.* licet præfata reſponſio de iuramento mihi non placeat ex ſupra dictis, circa ruptionem pacis iuratæ: & hæc ſufficiant pro prima ratione dubitandi in noſtra quæſtione contra deciſionem huius leg. 1. circa primam partem diſtinctionis, quando nobilis prouocatus rupit pacem. 15

Secundo, † & eo magis videtur difficilis eadem deciſio noſtræ legis 1. quia ex ſolis minis dicitur pax rupta, eſto quod non ſit ſequutus minarum effectus, ſecundum Angelum *in l. ſi cum exceptione. §. ſatis. ff. quod metus cauſſa*, quem ſequitur Hippol. *in practic. crimin. § diligenter. num. 90. & in l. 1. in princip. circa finem. ff de quæſtion. & in l. is qui cum telo. num. 21. C. ad legem Corneliam. de ſicar.* quos refert & ſequitur Paul. Pariſ. *conſ. 145. nu 3. volum. 4.* vbi quod etiam pax rupta dicitur per illum, qui metum offendendi infert. 16

Tertio, † quia incipientes rixam dicuntur prius pacem rumpere, & ideo prouocati, quamuis offendant prouocantes, non incurrunt pœnam pacis ruptæ, vt eſt deciſio in terminis Ioan. Andr. *in reg. fruſtra. in Mercurialib. & in additionib. ad Specul. in tit. de tregua & pace in princip.* & firmant Bartol. & alii *in l. cum pater. § libertis. ff. de legat. 2.* eſt communis concluſio, quæ ab omni- 17

bus tenetur ſecundum Pau. Pariſienſ. plures referentem *conſ.164.num.25. vol. 4.* quoniam prouocatus excuſatur de eo, quod facit contra prouocantem: † cum ignoſcendum ſit ei, qui prouocatus vlciſci vult,
18 *l. qui cum maior, §. libertus, ff. de bon libert. C. em. 1. de homicid. l. ſcientiam, § qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. l. 2. in prin ff. ſi quadrup. paupe. feciſ. dicatur, l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores, ff. de adulteriis, ibi: difficilimum eſt, iuſtum dolorem temperare, & Hippoly. in pract. crimi. §. quoniam num. 62 & conſ. 129. n. 3. cum ſeq.* vbi *num. 4 cum Bald. &*
19 *aliis,* † quod ſemper prouocatus illud, quod facit, præ-
20 ſumitur facere ad ſuam defenſionem, & *num. 5.* † quod nedum ex actuali prouocatione licitum eſt prouocato offendere prouocantem ſed etiam ex ſola præparatione ad offendendum, vel aggrediendum, & quod ita fuit de facto iudicatum: idem probat Carrerius *in ſua pract.*
21 *crim. in c. incipient. circa 4. num. 64. & 65.* † vbi exemplificat in eo, qui acceſſit ad locum exſpectans alterum tranſeuntem, ibi: ſe armis accommodando: nam præſumitur cogitare de rixa & offenſione per *l. 3. §. vi poſſidere, ff. de vi, & vi armat. ibi, qui in hoc ipſum aptatus & prepa-*
22 *ratus veniat:* & ex qualitate armorum: † nam ille qui melius eſt armatus, & meliora & aptiora habet arma, præſumitur aggreſſor, & ideo ſi prouocatus prouocantes etiam fugientes occideret, non teneretur vt homicida, iuxta doctrinas relatas & ſequutas per Hippol. de Marſi. *in d. §. quoniam n 65.*

23 Similiter † ille præſumitur aggreſſor, ex cuius cauſſa præceſſerunt inimicitiæ, & qui primo prouocauit ad rixam & fuit cauſſa rixæ, *vt probat Carrer. Regin. in ſua pract. crimin. cap. incip. circa 4. de modo ſe defendendi num 62.*

24 Item † præſumitur aggreſſor ex verbis prolatis, *vt per Capollam, conſ. 39. Thomas Grammatic. voto 22 in verſ. item corroboratur, Carrer. vbi ſup. num. 71. & ex aliis comoditis,* quas congerit Antonius Galeat. *conſ. 25. n. 20. cum ſequent.*

25 Et in † terminis treguæ, & ſecuritatis, quod mitiganda ſit pœna iuris ei qui prouocatus voluit ſe vlciſci, tenet ex *d. § ſi libertus,* Greg. Lop. *in d. l. 3. in gloſ. magna ibi, mitiganda tamen, tit. 12 part. 7.*

26 Quarto, † quia ſuperior receptiſſima ſententia, quæ habet, quod quando, ex noua cauſſa ſuperueniente venitur contra pacem, pax non dicatur rupta quo ad pœnam ruptæ pacis, & ſic quo ad pœnam alleuoſiæ, procedit etiam ſi conuentio de pace fuiſſet iuramento vallata: nihilominus namque ex ſuperueniente noua cauſſa poterit illi contrauenire offenſus, vel nouam cauſſam habens, vt cum aliis tradit Maſcard. *vbi ſup. numer. 30. & 31.* & *in num. ſeq.* eam ampliat aliis pluribus modis,
27 † e quibus ille præcipuus eſt, vt procedat etiam ſi talis noua cauſſa non eſſet vera, vt puta quando aliquis dixiſſet Titio, cum quo Sempronius habebat cautionem, vel pacem, quod idem Sempronius occidit fratrem ipſius Titii comprehenſum in pace, cum id verum non eſſet, & Titius non reſpiciens, an id verum eſſet, arrepto gladio Sempronium percuſſit, nihilominus non dicetur pax rupta ex Herculan. quem refert, quia ad hoc vt pax rumpatur, requiritur animus iniuriandi, ex Doctoribus ibi ab eo allegatis: ſed iſte non habebat animum offendendi, niſi eo caſu, quo verum eſſet, fratrem fuiſſe offenſum: igitur ex quo fuit repertum, fratrem minime fuiſſe occiſum, offenſio facta propter eam cauſſam dicitur fuiſſe præter voluntatem offendentis.

28 Superiora † procedunt etiamſi noua cauſſa allegata, & ſuperueniens non eſſet iuſta cauſſa pacem rumpendi, ſed leuis & friuola, *Hippol. de Marſi. d. conſ. 119. n. 2. & cum aliis pluribus Maſcar. vbi ſupra num. 13. cum ſequentibus, & num. 26. & Anto. Galeat. dict. conſil. 33 num. 26.* & eſt optima l. 4. Regia ſupra allegata *circa fin. titul. 12. part. 7* ibi: *No lo faziendo por ocaſion:* hoc autem quomodo procedat declarat late & optime Maſcard. *vbi ſu. numer. 17. cum ſeq.*

Quinimo † probatio nouæ cauſſæ in propoſito ſufficit non ſolum plena, ſed & non plena & præſumtiua per vnum teſtem, & per famam, imo & per rumorem, qui & clamor nouam inducit cauſſam vulnerandi propter dolorem ad id impellentem *ſecundum Pariſ. d. conſ. 165 n. 28. & Maſcard. alios allegantem vbi ſup. n. 71. cum duobus ſeq.* Et etiam ex indiciis, & coniecturis colligitur quem fuiſſe prouocatum, vt ad ſui defenſam, quem occidiſſe probari poſſit: veluti ſi quis illi cui verba iniurioſa, & cōminatoria dixerit is enim aggreſſor fuiſſe præſumitur, vt reſpondit Cæpolla, *conſ. crim. 29. in princip.* quem refert & ſequitur Maſcard. *proba. 3. to. concl. 1245. n. 1. & 2. vbi n. 4.* quod prouocator dicitur, qui in facto, vel verbo alium offendit. 29

Quinto † & vltimo contra deciſionem noſtræ legis adduco quandam doctrinam ſingularem & mirabilem, quæ habet, quod ad pœnam euitandam noua cauſſa ſemper in dubio præſumitur, *ita Beroi. conſ. 198. num. 19. vol. 3* & ideo ille, qui poſt factam pacem offendit eum, cum quo fecit pacem, præſumendus eſt, quod eum offenderit, non quidem ob cauſſam antiquam, ſed ex noua & ſuperueniente cauſſa, quia hoc eſt benignitas: & cum ſimus in pœnalibus, hæc interpretatio eſt facienda, *cap. in pœnis, de reg. iur lib. 6. l. ſi de interpretatione ff. de pœnis,* & quia ſemper eſt capienda ea interpretatio, per quam euitetur delictum, *l. merito ff. pro ſocio,* Et ita in terminis ita tenet cum aliis, Greg. Lopez, *in d. l. 2. tit. 12. part. 7. in gl. de nueuo, in fin.* & hæc eſt communis opinio atque doctrina, vt plores congerens, eam ſequutus ex aliis affirmat Maſcard. *in dict. concluſione 1157. num. 11.* qui a *numer 9* eam probat: Et inquit Paul Pariſienſ. *dict. conſ. 165. nu 28.* quod tenetur tunc vulnerans de vulnere, non vero propter pacem ruptam. eandem communem ſententiam ſequitur alios allegans Antonius Galeat. *d. ēt. conſil. 33. numer. 25.* inde deducens, quod qui dixerit pacem ruptam, debet monſtrare quod illud fuerit propter antiquam inimicitiam, alias debeat ſuccumbere, quia in dubio ſemper præſumitur ex noua cauſſa: & tanto magis noua cauſſa præſumitur, ſi actus nouæ offenſæ non correſpondeat, nec conueniat qualitati antiquæ offenſæ, ſed nouæ, *ſecundum Bald. in l. ſi pretium col fi. C. de ædilitio edicto,* & alios plures quos refert, & ſequitur Maſcard. *d. concluſ. 1157. n. 24.* 30

Ergo ſi hæc in pace, etiam iuramento firmata, inter quoſcumque locum habent, procedere quoq; debent inter fidalgos, qui inter ſe promiſerunt pacto ſeruare pacem, & concordiam: cum eadem quoq; ratio euitandi maius delictum militet inter omnes: Igitur *pœna de aleue,* non incurrit fidalgus, qui præd pacem non ſeruauerit, ſed eā violauerit, allegando ſemper nouam cauſſam (ſi hoc verum ſit) vt habet communis doctrina; quod ea in dubio ſemper præſumatur, nec dicatur, q̄ ſi prædicta communis ſententia vera eſſet, nunquam, aut raro quis incideret in pœnam fractæ pacis, & ſic nec alleuoſiæ, ac per conſequens pax firmata eſſet illuſoria; & non eſſet ſecuritas in toto iure, quæ ſufficeret ad pacificandos homines, eorumque vitas tuendas, qui poſt inimicitias reconciliati ſunt: cum contrauenient ſemper doloſe allegaret nouam cauſſam, & occaſionem offenſæ, ſi in dubio ipſa præſumeretur ad excuſationem pœnæ fractæ pacis: quod eſſet abſurdum, & contra bonos mores, canonicos & ciuiles, Ergo prædicta communis doctrina vera eſſe nullo modo poteſt.

Quia reſpondemus primo, præfatam communem ſententiā procedere abſq; dubio, concurrentib. aliquibus

bus indiciis nouæ cauſſæ, quibus veriſimile fiat, quod præſumitur, & a fortiori, ſi noua cauſſa ſemiplene, aut aliis probaretur.

Secundo reſpondemus, communem prædictam ſententiam procedere, etiam ſi nulla indicia nouæ cauſſæ concurrant, cum ob hoc non excuſetur omnino a delicto offendens, ſed a qualitate illa fractæ pacis & alleuoſiæ, quæ cum ſit adeo grauis, & probi homines præ oculis habeant, ne aliquid faciant, aut committant, vt tale quid contra eos ſuſpicetur, merito vt in dubio noua cauſſa offenſæ præſumatur, ne incidant in pœnam fractæ pacis: tenebuntur tamen nihilominus pœna ordinaria criminis, vel extraordinaria, ſi illa eo caſu iure ſtatuta non inueniatur: præmaxime, quia pars offenſa forte poterit probare, illud commiſſum fuiſſe propter antiquam offenſam: quo caſu ceſſabit dubium, ac per conſequens communis doctrina prædicta, quæ probatio ſufficiet, ſi fiat per indicia, vel coniecturas: ex his enim tolleretur præſumtio contraria, in dubio tantum fundata: cum fortior præſumtio ſit, quæ aliquo modo probatur, quam quæ nullis probationibus factis inducitur, & fortior præſumtio vincit minus fortem, *l. Diuus cum vulgari. ff. ad l. Cornel. de falſis.*

Et hæc quo ad primum membrum, quando ille, qui fecit pacem cum ſuo quondam inimico, vel aduerſario, poſtea ab eo prouocatus illum offendit: ſi vero ab eo non fuit prouocatus, & tunc iterum diſtinguo, aut offendit eum in prælio, vel rixa, aut ſine rixa incautum: Primo caſu, quando in prælio, vel rixa, non committitur proditio, ſeu alleuoſia. Secundo vero caſu, quando retro incautum eum occidit, vel offendit, quicumq; is offenſor ſit, ſiue nobilis, ſiue plebeius, committit proditionem & alleuoſiam: Ergo lex noſtra nihil ſpeciale continet inter fidalgos: Antecedens probatur primo.

31 Quia proditorius homicida † vel percuſſor dicitur ille, qui occidit, vel percuſſit alium proditorie, vel alleuoſe, qui quidem antea erant amici, & inter eos nulla erat cauſſæ rixæ, vel diſcordiæ: & vnus occidit, vel offendit alium ſecure, ita probat text. *in l. propter inſidias, C. qui accuſ. non poſſ. & in l. 4. ff. ad leg. Iul. Maieſt. l. fin. C. de delator. lib. 10. & in c. ſi cupis, 16. q. 1. & in c. Clericus, 46. diſtinct.* & vtrobique communiter Dd. *teſte Anto. Gomez 3. to. variarum reſolutio. c. 3. num. 5.* vbi *in verſ. aduertenaum.* hoc præcipue hodie procedere affirmat, dicens, quod ille dicitur proditorius, & alleuoſus, qui interficit alium ſecure, & non in prælio, vel rixa, ſed retro, & non facie ad faciem cauſſa amicitiæ, vel inimicitiæ minime conſiderata, quamuis ſi inuicem erāt amici, indiſtincte offenſor videtur committere proditionem, & alleuoſiam, quomodocumque occidat facie ad faciem, vel retro, quia ille non potuit ſibi præcauere: Si vero inuicem erant inimici, de iure communi offenſor non committebat proditionem vel alleuoſiam, qualitercumque occideret, vel offenderet, ſed de iure noſtro Regio, hoc caſu eam committeret, quando retro occideret, vel offenderet, non vero facie ad faciem, taliter quod offenſus poſſet ſe defendere, & præcauere: quam doctrinam, ſequitur D. Couarru. & D. Paz, quos referens, idem quoque ſequutus fui. *lib. 1. pract. quæſt. 2. num. 2. & 3.* & optime Petrus Plaz. *de delict. lib. 1. c. 21. num. 1. per totum, & num. 2.* quibus nunc adde nouiſſime, late de hoc agentem, Proſper. Farinac. *in ſuis quæſtionib. crim. 1. p. qu. 18. num. 74.* vel qui cum *numeris ſequentib.* vbi cum Luca de Pena, Couarru. Anton. Gomez. & Plaza *vbi ſupr.* de communi teſtatur ex relatione Menoch. *de arbitr. quæſtio. caſu 361. num. 24.* & Iul. Clar. *in pract. §. homicidium. verſic. proditorie vero.* quod qui occidit eum, qui ſuus inimicus non eſt, nihil tale præcauentem, quia nulla præcauendi cauſſa præceſſerat, puta fingens, ſe illi amicum, vel ſocium itineris, aliud in pectore & corde, aliud vero in ore habens, dicitur homicida proditorius, Inſuper addit Farinac. *n. 76.* q̄ quamuis opinio Bartol. *in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis.* qui iure communi tenet, quod occidens ſuum inimicum, non propterea dicitur proditor, quod eum occiderit per inſidias, vel retro, ſit communis, & eam ſequantur plures Doctores. *vt ibi per eum*; ea tamen communis ſententia nullatenus tenenda eſt, tum quia eſt directo contra text. *in c. 1. de homicidio.* quo probatur, ſolam inſidioſam induſtriam efficere crimen proditorium, tum etiam quia contra aliam communem, quæ habet, quod qui per inſidias alium occiderint, proditores dicuntur, & propterea eam expreſſe reprobant Couarru. & Plaz, *vbi ſupr.* & videtur de mente Hieronymi Gigant. & Afflict. quos citat; Ius ergo noſtrum Regium hanc vltimam iuris communis veriorem ſententiam probat, & non primam partem communem.

Secundo antecedens probatur † quia proditor dici- 32
tur ille, vulgari nuncupatione, qui ſine vlla cauſſa, & abſque vlla diffidatione eum, qui de ipſo confidebat, vulnerauit, vel grauiter offendit, *vt tenent plures auctores relati per Remig. de Goni. de immu. Eccleſ. fall. 4. ſequen. Matth. de Afflict. deciſ. 765. nu. 64. & 65. & Menoch. vbi ſup. nu. 24. Burg. de Paz, conſil. 22. nu. 16. dixi vbi ſup. n. 9. in verſ. item proditor. & Farinac. d. n. 76.*

Tertio, † quia vbi præceſſit rixa, ceſſat deliberatio, 33
& proditio, vt conſtat ex latiſſime adductis per Menochium *vbi ſup. num. 33. & 35.* vbi conſiderat propoſitum & præmeditationem, quando abeſt omnis rixa, omniſque caſus fortuitus, vt in exemplo ibi per eum ficto; & præterea docet ex Blanco, exquiſitum de animo præmeditato poſſe ſe defendere, probando ipſam rixam præcedentem, † & vbi conſtat de rixa, in dubio præſu- 34
mitur, quod in rixa & a corrixante fuerit quis vulneratus, vt plures allegans, affirmat Anton. Galeat. *conſil. 25. num. 16. vol. 1.*

His tamen difficultatibus † non obſtantibus recte 35
procedit deciſio noſtræ leg. ipſaque iuridica eſt in fidalguis Hiſpaniæ: ipſi namque antiquitus, nulla præcedente inter eos inimicitia: *Otorgaron y prometieron vnos a otros de guardar entre ſi toda buena paz, y concordia, y lo prometieron anſi por pacto y bue naſe, ſin dolo y ſin enganno, como lo refiere nueſtra ley, y antes della la* l. 1. ti. 21. lib. 4. fori, *que eſta pueſta en la nueua recopilacion por* l. 1. tit. 8. *de los rieptos y deſafios,* infra lib. 7. ex qua deducitur ratio decidendi ad noſtram legem: *Porque dize aquella ley, que antiguamente los hijosdalgo, con conſentimiento de los Reyes puſieron entre ſi amiſtad, y dieronſe fe vnos a otros de ſe la tener, y no hazer mal vnos a otros, a menos de ſe tornar en enemiſtad y deſafiar, ſegun ſe contiene en nueſtra ley que aquella refiere y la nueſtra a ella: y que por ende quando algun hijodalgo ha razon de calumniar a otro, por iniuria que le aya fecho, y deuele tornar amiſtad y deſafiarle, y aquella es la amiſtad, y la fe que le torna, quando le deſafia, la que fue pueſta antiguamente, y que deſde aquel dia que le deſafia, no le han de hazer mal haſta nueue dias: y aſſi la* l. 1. tit. 11.
part. 7. *dize,* † *que el deſafiamiento tiene pro, porque toma* 36
apercebimiento el que es deſafiado, para guardar ſe del otro que le deſafio, e para auenirſe con el: Porque deſafiamiento es, apartar ome de la fe que los hijosdalgo puſieron antiguamente entre ſi, que fueſſe guardada entre ellos como manera de amiſtad: y el deſafiarſe como dize la miſma ley, pertenece ſennaladamente a los hijosdalgo, e no a los otros omes, por razon de la fe que fue pueſta entre ellos, en la manere que eſta dicha: † *y la* l. 3. tit. 12. part. 7. *dize, que los que branta* 37
dores de la tregua, o de la ſeguranca, ſi fueren hijosdalgo, pueden ſer reptados por ende, e caen en la pena que ſe dixo en el titulo de los rieptos, † *y ſi fueren otros omes de menor gui-* 38
ſa, el que firiere, o matare, o prendiere a otro, en tregua, o en ſeguranca, o ſobre fiadura de ſaluo, muera por ello &c.

y la l. 3. tit. 3. *de los rieptos*, part. 7. *dize, que reptado pue-*
de ſer todo hijodalgo, que matare, o firiere, o deshonrare,
o puſiere, o corriere a otro fidalgo, no lo auiendo primero
deſafiado: y el que riepta por alguna deſtas razones, o de
otras ſemejantes, puedele dezir, que es aleuoſo por ende (que
es la pena que pone nueſtra ley) pero que ſi fidalgo hiziere
alguna deſtas ſobredichas coſas, a otro que no lo fueſſe, o o-
tros que no fueſſen hijodalgo fizieſſen entre ſi alguno deſtos
yerros, no ſon por ende aleuoſos, nin pueden por ello ſer repta-
dos, como quier que ſean tenudos de hazer enmienda dello
por juyzio: fueras ende ſi lo fizieſſen en tregua que ouieſſen
pueſto vnos con otros, ca entonces bien lo podran reptar por
razon de la tregua, o del pleyto que quebranto, que auia
pueſto con el.
39 Ex quibus legibus, † iam clare patet, differentiam
inter nobiles, & generoſos inter ſe & inter plebeios: in
illis enim ratione fidei inter ſe generaliter præſtitæ anti-
quitus, ſeruanda eſt deciſio noſtræ legis cum ſimilibus
ſupra relatis: in his vero ius commune, & doctrinæ
communes Doctorum ſupra in rationibus dubitandi
ad noſtram legem adductæ: Quod ſi plebeij, qui antea
erant inimici inter ſe, pepigerint pacemque & con-
cordiam, atque amicitiam inierint, & contraxerint
cum pœnis & aliis vinculis, tunc profecto contrauen-
tores eadem pœna fractæ pacis, & ſic alleuoſiæ punien-
tur, vt probat *dict. l. 3. titul. 3. part. 7.* in verbis ſupra
relatis, niſi aliqua legitima ratione, de qua ſupra, excu-
ſentur: non tamen tenentur diffidare, nec ſperare ter-
minum aliquem, ſi pax ab altera parte fuerit prius fra-
cta, & ſic ſi prouocati fuerint, quia hoc ad ſolos fidal-
40 gos pertinet, *vt in dict. l. 1. titul. 11. part. 7.* † Quod ſi
prædicti fidalgui præter antiquam illam fidem inter ſe
pacto promiſſam, facti inimici nouam aliam pacem, &
concordiam de ſe non offendendo in poſterum fece-
rint, tunc inter eos idem ſeruandum erit, quod inter
41 plebeios dictum eſt, atque ſupra reſoluimus. † Nec
enim de illa fide antiqua, de qua loquitur noſtra lex,
cum ſimul ſupra relatis, hodie multum curatur, quia
non video, quod ſit in vſu prædicta diffidatio: ſicut
nec materia reptandi, neque in reptatione, nec in du-
ello *ſecundum Greg. Lopez, in l. 1 gloſſ. fin. in fin. tit. 3. part. 7.*
& Didac. Perez, in l. 1. titul. 9. libr. 4. ordin. column. 1489.
in princip.
42 Vſus autem deteſtabilis duellorum, † fabricante dia-
bolo, introductus eſt, vt cruenta corporum morte ani-
marum etiam perniciem lucretur, & ideo ex Chriſtia-
no orbe penitus exterminatus eſt, & ideo domini tem-
porales Imperator, Reges, Duces, Principes, Mar-
chiones, Comites, & quocunque alio nomine Do-
mini temporales qui locum ad monomachiam in ter-
ris ſuis inter Chriſtianos concedunt, eo ipſo ſunt ex-
communicati, ac iuriſdictione & dominio Ciuitatis,
Caſtri, aut loci, in quo, vel ad quem duellum fieri per-
miſerunt, quod ab Eccleſia obtinuerint, priuati intel-
liguntur, & ſi feudalia ſint, directis dominis acquirun-
tur: qui vero pugnam commiſerint, & qui eorum pa-
trini vocantur, excommunicationis, atque omnium
bonorum ſuorum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ
pœnam incurrunt, & vt homicidæ iuxta ſacros Cano-
nes puniri debent, & ſi in ipſo conflictu deceſſerint,
perpetuo carere debent Eccleſiaſtica ſepultura: Illi et-
iam, qui conſilium in cauſſa duelli, tam de iure quam
de facto, dederint, aut alia quacumque ratione ad id
quemquam ſuaſerint, nec non exſpectatores excom-
municationis ac perpetuæ maledictionis vinculo te-
nentur, non obſtante quocumque priuilegio, ſeu pra-
ua conſuetudine etiam immemorabili, ita decernitur,
in capit. 19. de reformatione, Seſſione 25. ſacri Concil. Tri-
dentini.
43 Lex etiam Regia 10. † *tit. 8. de los reptos y deſafios, lib. 8.*
huius Noua Collect. Reg. vſus prædictus duelli repro-
batur, atque maximis pœnis punitur, *el dicho deſafio,*
nempe, *quando algun Cauallero, o eſcudero, o otra perſona*
menor tiene quexa, le embia vna carta, que llaman cartel de
la quexa que del tiene, y de eſta y de la reſpueſta del otro, ſe
viene a concluyr, que ſe ſalgan a matar a lugar cierto, con pa-
drinos, o ſin ellos.
Denique obſeruandum erit † quatuordecim modos 44
incidendi in crimen proditionis, & alleuoſiæ, enume-
rat l. 1. tit. 2. part. 2. & l. 1. tit. 18. infra lib. 8. *Y dize la dicha*
ley de partida en el verſ. vlt. Que quando algunos de los yer-
tos ſobredichos es fecho contra el Rey, o contra ſu ſennorio, o
contra pro comunal de la tierra, es propiamente llamada
traycion: y quando es fecho contra otros hombres, es llama-
do aleue, ſegun fuero de Eſpanna. † Y aſſi de aqui parece ſe 45
colige la diferencia que ay de la traycion a aleue: aunque lar-
go modo (a nueſtra comun manera de hablar) ſe llama co-
munmente tambien traycion la que ſe comete contra otros
hombres, como es el delito que ſe comete contra vn particular
por aſechanzas y ſobre caſo penſado, vt notat *c. 1. de homici-*
dio. iuncto eius communi intellectu, nempe dum in-
quit text. qui per induſtriam, & inſidias, &c. Hoc eſt,
per induſtriam inſidioſam, vt communi conſenſu Do-
ctores interpretantur, *ſecundum Petrum Plazam, lib. 1.*
de delict. cap. 21. ſub *num. 1.* quem refert & ſequitur Fari-
nac. *1. p. quaſt crim. q. 18. num. 75. in princip. & l. 2. tit. 23. &*
l. 16. l. 8. Noua Collect. Regia. Y que entre particulares ſe pue-
da cometer traycion, l. 7. tit. 23. dict. lib. 8. vbi inquit lex,
el que matare a otro a traycion, dada y otorgada tregua y ſe-
guro, o por aſechanzas, &c.
Sed meo iudicio, † crimen alleuoſiæ latius patet, quã 46
crimen proditionis: hoc enim committitur iis modis,
quibus ſupra prædiximus, inſuper & in caſibus enume-
ratis a prædicta *l. 1. tit. 2. par. 7. & l. 1. tit. 18. lib. 8. Noua Col-*
lect. Regia. & ſic quando quis occidit, vel offendit alium,
etiam priuatum retro, vel per inſidias animo delibera-
to, committitur proditio, *vt ſupra reſoluimus*: † Alle- 47
uoſia vero non ſolum committitur in prædictis caſibus:
quibus & proditio, ſed etiam in aliis pluribus differen-
tibus, in quibus non committitur proditio, ſed alleuoſia
tantum, qui enumerantur in remiſſionibus poſitis ad
finem, tit. 18. lib. 8. Nouæ Collect. Reg. *Como es el que*
dize mal del Rey, o de ſus hijos y eſte tal pierde la mitad de ſus
bienes para la Camara, y el cuerpo a merced del Rey, l. 11.
tit. fin. lib. 8. Nouæ Collect. Regiæ: *Y el que haze moneda*
falſa es aleue, y pierde la mitad de ſus bienes para la Camara
del Rey, l. 5. tit. 17. eodem lib. *Quien ſe caſa con dos muge-*
res, ambas viuas, l. 5 & 6. & 7. tit. 1. libr. 5. Nouæ Collect.
Regiæ, & l. 8. tit. 20. lib. 8. *Quien quebranta tregua, o ſeguro*,
l. 1. tit. 9. & l. 7. tit 23. lib. 8. & vtrobique de pœna tali ca-
ſu ſtatuta: *El que mata a los del Conſejo, y Alcaldes de Cor-*
te, y Alguazil mayor, y Adelantado mayor, y a los Me-
rinos mayores de Caſtilla. Leon y Andaluzia, y tiene pena de
muerte, y perdimiento de todos ſus bienes, l. 1. tit. 12 lib 8. *El*
que horada caſa para hazer maleficio, cae en caſo de aleue, y
pierde la mitad de ſus bienes para la Camara, y el cuerpo a la
merced del Rey. Iten, vaſſallo que comete contra ſu Sen-
nor los delitos en la l. 1. tit. 18. lib. 8. vbi pœna eorum. *Iten,*
el que falſea el ſello del Rey, o de Arcobiſpo, o Obiſpo, o Pre-
lado, o de otro qualquiera, y pierde la mitad de ſus bienes para
la Camara, l. 3. tit. 17. lib. 8. *Iten, el hombre caſado que tiene*
en ſu caſa la manceba, y echa la muger de ſu caſa, y pierde la
mitad de ſus, bienes para la Camara del Rey, l. 6. titul. 19.
lib. 8. *Iten, el que mata, o hiere a otro con arcabuz, leg.*
fin. tit. 23. lib. 8. & ibi de eius pœna: & in aliis caſibus a le-
gibus noſtri Regni expreſſis, nempe noſtra hac l. 1. *Los*
hidalgos que rompen la paz y concordia que antiguamente
prometieron entre ſi.
Pœna autem occidentis alterum proditorie, † vel 48
alleuoſe iure Regio eſt; *Que le arraſtren por ello, y que lo*
enfor-

enforquen, y todo lo del traydor lo ha de auer el Rey, y del ale-
uoſo la mitad, y la otra mitad ſus herederos, vt in l. 10. tit. 23.
49 lib. 8. † *Otroſi todo hombre que hiziere muerte ſegura, cae*
en caſo de aleue, y la mitad de ſus bienes pertenece a la Cama-
50 *ra del Rey, † y toda muerte ſe dize ſegura, ſaluo aquella que*
fuere fecha en pelea, o en guerra, o en rinna, d. l. 10. tit. 26. in-
fra lib. 8.

SVMMARIA.

1 *Fidalgus an poſſit renuntiare priuilegio ſibi a ll. Regiis conceſſo, ne capi, aut incarcerari poſſit pro debito ciuili? & num. ſequentibus, eligitur pars negatiua, nu. 2. limitatur in nobili ex priuilegio, nu. 3. & quid ſi renuntiatio præd. iuramento fuerit confirmata? n. 4. & 6.*
6 *Nobilis collector, vel conductor tributorum, vel iurium Regis incarcerari poteſt pro debito ciuili & quare? & num. 7.*
8 *Nobilis incarcerari poteſt pro debito ciuili contracto pro ſua redemtione, parentis, aut fratris a captiuitate.*
9 *Nobilis capi poteſt pro debito ciuili, quando tempore obligationis negauit, ſe eſſe nobilem, & quomodo hoc intelligatur.*
10 *Nobilis interim quod diſceptatur in iudicio de ſua nobilitate, detinendus eſt in carcere pro debito ciuili, licet aliquando ſub fideiuſſione*, de la haz *ſoleat relaxari.*
11 *Nobilis occultans bona ne a creditoribus capiatur, carcerandus eſt, & non gaudet beneficio, ne pro debito ciuili incarceretur.*

In l. 4. & 5. tit. 2. lib. 6. Nouæ Collect. Reg.

QVAESTIO XIV.

QVæro 1. circa *l. 4. & 5. tit. 2. lib. 6. Noua Collect. Reg.*
1 *An † fidalgus poſſit renuntiare priuilegio ab eiſdem le-*
gibus ſibi conceſſo, ne capi, aut incarcerari poſſit pro debito ci-
uili? Hanc quæſtionem, quia contingibilis eſt in praxi,
latiſſime examinauimus pro vtraque parte, pluribus
fundamentis & auctoribus hinc inde adductis in meo
tractatu *de iuramento confirma. 1 p. c. 16 n. 37. cum ſeqq.* vbi
reſoluimus partem negatiuam mihi veriorem videri, &
tenendam in iudicando, & conſulendo, tanquam ma-
gis communem contra alteram etiam communem af-
firmatiuam, licet iuxta eam fuerit in Cancellaria Gra-
natenſi ſemel pronuntiatum, teſte D. Couarru. quem
ibi citaui: ſed & in ipſo Granatenſi Prætorio nunc hoc,
nunc illud eſt ſententiis determinatum, *teſte Mieres de*
maiorat. 1 p. q. 38. nu. 2. quinimo in tribunalibus Regiis
Granatæ, & Valliſoleti contrariæ ſunt in hoc articulo
ſententiæ prolatæ, *teſte Baeza de inope debitor. cap. 16 n. 48.*
2 Nunc autem † eandem ſententiam negatiuam, quam
prius tenui, probo, & confirmo: vt quoque facit Burg.
de Paz, *conſ. 10. n. 7.* atque ipſam ſententiam Pintianam
ſequi ſolere, inquit Baeza, *d. nu. 48.* & probat Auenda, *in*
ſuo dictionario, verbo, Cauallero, *in verſic. ſit ergo concluſio,*
hanc eandem nouiſſime, nos referens, ſequitur indi-
ſtincte Doctor Azeuedo *in hac l. 4. nu. 14.* reiecta diſtin-
ctione Ioan. Garſ. *de nobilit. gloſſa 6. in princ. n 19.* aduerſus
Pelaez, *vbi ſupra n. 2.* fundamenta huius opinionis refe-
ro *d. c. 16.* vbi etiam contrariis ſatisfecimus, ideo hic ite-
rum repetere opus non eſt.
3 Limitatur † in nobili ex priuilegio, qui quidẽ poterit
prædicto ſuo priuilegio, a Rege ſibi conceſſo, renun-
tiare, vt probauimus *d. c. 16. n. 74.* quæ doctrina in ſe eſt
vera, *vt per Baez. vbi ſup. n 97. & Azeued. hic d. n. 14.*
4 Sunt tamen qui exiſtiment, † prædictam renuntia-
tionem procedere, etiamſi iuramento fuerit confirma-
ta, quia adhuc non valebit, eo quod remedium, & priui-
legium ſit reuerentiale, & toti generi nobilium conceſ-
ſum, argum. text. *in l alia. §. eleganter,* iuncta communi
opinione ibi, *ff ſolut. matr. & c. ſi diligenti. de foro comp. ita*
tenet Ant. Gomez. in l. 79. Tauri, nu. 3 & 2. to. variar. reſo-
lut. c. 14. n 24. Didac. Perez, in l. 1. tit. 2 lib. 4. ordi. col. 1367. &
Burg. d. conſ. 16. nu. 7. & nouiſſime hæc opinio magis ap-
plaudet (quamuis in dubio) Azeued. *in præſenti nu. 19.* eo
quod iuramentum non confirmat contractum, nec re-
nuntiationem in præiudicium, & iniuriam alterius,
prout in ſpecie noſtra fieret toti nobilitati; ſi valeret
eius renuntiatio iurata.
Nihilominus contraria † ſententia in propoſito re- 5
nuntiationis ſpecialis iuratæ eſt tenenda tanquam ve-
rior, prout eam tenui, & probaui *d. c. 16. n. 62.* ob virtutẽ,
& religionem iuramenti ex rationibus, de quibus ibi: &
quia accedente iuramento nulla iniuria (ſaltem conſi-
derabilis) fieri videtur, nec præiudicium aliis nobilibus,
cum renuntiatio ſola non ſufficiat, ſed iuramentum,
cuius ratione renuncians ſibi tantum præiudicat.
Nec obſtat *dict. c. ſi diligenti,* quia illud procedit in re-
nuntiatione proprii fori a Clerico facta, vt ſeculare iu-
dicium ſubeat cõtra prohibitionem Conciliorum Mi-
leuitanen. & Carthag. quæ eſt expreſſa, & fortior pro-
hibitio, quam ea, quæ prætenditur renuntiationis no-
bilitatis. Quare nil mirum ſi illa iuramento non confir-
metur, quia iuramentum licite ſeruari non potuit, quod
contra Canonica ſtatuta illicitis pactionibus informa-
tur, vt inquit tex. ille: At in ſpecie noſtræ q. renunciatio-
tionis nobilitatis cum iuramento factæ, non eſt Cano-
nicum, aut legale ſtatutum, quod eam fieri expreſſe pro-
hibeat, ſed tantum argumentis, & fundamentis a ſimili
eam impugnauimus; quinimo, vt vidimus, adhuc non
eſt præfata inconcuſſa ſententia: ergo nil mirum ſi iu-
ramentum prædictam renuntiationem nobilitatis con-
firmet, cum licite ſeruari poſſit.
Denique pro hac ſententia conſidero literam noſtræ
leg. 4. ſumto argumento a fortiori, nam ſi per eam exci-
pitur: *El arrendador, o cogedor de los pechos y derechos Rea-*
les, porque en tal caſo el miſmo quebranta ſu libertad; a for-
tiori idem erit dicendum in renuntiatione nobilitatis,
cum iuramento facta; Si enim cauſſa Regis terræ opera-
tur violationem, & præciſionem priuilegii, nobilibus
conceſſi per noſtram legem, ne ſcilicet capiantur, nec
incarcerentur pro debito ciuili; a fortiori cauſſa Dei, qui
eſt Rex vniuerſalis cœli & terræ, viuorum & mortuorũ;
idem operari debet, vt ſeruetur fides & iuramentum ei-
dem præſtitum, præſertim cum ſimus in materia, in qua
priuilegium facto priuilegiati frangi poteſt ob fauorem
publicum. Ergo & idem dicendum eſt ob fauorẽ Dei,
& Religionis noſtræ Chriſtianæ, conſiſtentem in obſer-
uatione iuramenti.
Corroboratur noſtra † iſthæc noua conſideratio ex 6
inueſtigatione veræ rationis huius noſtræ leg. Regiæ, in
prædicta ſua exceptione, *del cogedor de los pechos y derechos*
Reales: Nos namque *in d. c. 16. nu. 67.* perpendimus in
noſtra l. multa concurrere, vt priuilegium hac in ſpecie
periclitetur. In primis perpetuus ille Fiſcalis patrimo-
nii fauor, ex quo ceſſare videtur illa nobilitatis præro-
gatiua, *arg. l. ſi is qui, in fine ff. de iure fiſci lege 2. & per totum.*
C. de priuilegiis fiſci. deinde quod ibi fiſcus agit de patri-
monio ſuo recuperando, quo caſu ſemper cauſſa fiſci
melior eſt; quam rationem poſtea comprobauimus, *lib.*
3. practicarum quæſtionum. q. 13. nu. 101. & 102. vbi addidi-
mus, indignum quidem eſſe, vt contra Principem præ-
dicti priuilegii auctorem, conductor, ſiue collector tri-
butorum, aliorumque iurium Regalium eo vtatur: At
hæc ratio, vel maxime idem concludit in renuntiatione
nobilitatis iuratæ: fauor namque obſeruantiæ iuramenti
patet quam plurimis iuribus, agitur enim de adimplen-
da fide Deo præſtita.
Qua in re alucinatus † videtur Modernus Lafarte *de* 7
decim. vendit c. 18. nu 64. aliam noſtræ legi rationem aſſi-
gnans, alienam prorſus a litera & mente ipſius, exiſti-

mans eam eſſe veram, quidquid nos vbi ſup. & alii Dd. ab eo ibi citati dicamus: ſed fallitur, vt manifeſte oſtendemus, *d. q. 13. nu. 112.* & ita merito noſtram ſententiam, atq; rationem prædictam aduerſus Laſartem, eum increpans in indiuiduo probauit nouiſſime D. Azeued. *in præſent. n. 33.* ſuper illis verbis noſtræ legis: *Y porque en tal caſo el miſmo quebranta ſu libertad.*

Habemus igitur ex prædictis duas limitationes ad regulam noſtræ *l. in prin.* dum decidit: *Que ningun hijodalgo pueda ſer preſo, ni encarcelado por deuda que deua.*

Prima limitatio eſt in renuntiatione nobilitatis iurata.

Secunda limitatio eſt, in conductore, ſeu collectore, *de los pechos y derechos Reales*, vt in noſtra l. quæ tantum loquitur in hac ſpecie: Ergo contrarium erit decidendum in conductore decimarum, nempe vt pro earum debito capi, & incarcerari poſſit nobilis, tametſi cogitandum relinquat ſuper hoc Azeued. *hic nu. 27.*

Ceteras limitationes congerunt in præſenti moderniores, & nonnullas deducunt ex noſtris ſcriptis, ad eos erit occurrendum, quoties opus fuerit, quia tranſeunt ſine difficultate.

8 Nihilominus tamen, † Tertia limitatio eſt, quoties nobilis obligatur pro debito contracto pro ſua redemtione, parentis, aut fratris a captiuitate, tunc namq; pro tali debito incarcerari poteſt, vt reſoluit Pelaez *de maiora. 4. p. q. 1. limita. 4. nu. 1. cum ſeqq.* præcipue *nu. 5.* qui *nu 6.* aſſerit, ſic fuiſſe deciſum in facti contingentia in Granaten Cancellaria, quem refert & ſeq. Azeue *hic n. 28.*

9 Quarta limitatio eſt in nobili, † qui tempore contractus aſſeruit, ſe non eſſe nobilem: tunc enim ratione doli amittit priuilegium, argum. text. *in l. 1. C. ad Macedonia. & in l. qui cum ſe. ff. de re iud. & in l. 1. & 2. & per totum. C. ſi min. maior. dixerit.* quibus iuribus, & aliis ita tenuit Ant. Gomez *in l. 79. Taur. n. 4. & in t. to. variar. reſol. c. 11. nu. 54. & nos d. c. 16. n. 25. & Baeza de inope debitor. c. 16. nu. 93. & 94. Joa. Gra. in reg. 312. nu. 2.* Quam ſententiam temperat & modificat tribus modis, Azeued. *in præſent. num. 29.* Primo quoties negatio nobilitatis fuit facta ad contractum illum perficiendum, & debitum contrahendũ, quod ex ipſamet noſtra ſententia patet. Secundo quoties negatio nobilitatis fuit facta a ſciente, ſe nobilẽ: ſecus vero ſi ab ignorante. Nihilominus tamen in hac vltima ſpecie idem credo, quod in priori: tum quia non eſt præſumendum, quem ignorare conditionem, & originem ſuæ perſonæ, hoc eſt, ſe eſſe nobilem, vt a communiter accidentibus patet: eſſet enim craſſa & ſupina ignorantia, & pro tali merito habenda, atq; reputanda: tum etiam quia ſi per errorem id affirmauit, [illegible] imputet, quia in facto proprio non cadit probabilis ignorantia, *l. quamquam, 7. & ibi gloſſ. 2. ff. ad Senat. Conſul. Velleia.* Quare merito vt pro illa ſaltim vice ſibi præiudicet, ne gaudeat priuilegio noſtræ leg.

Tertio temperat Azeue. noſtram ſententiam, vt procedat, quoties ille, cum quo contractus fit, neſciat alterũ eſſe nobilem; ſecus ſi ſciret, *ſecundum Ant. Gomez. vbi ſup. & Baez. d. n. 94. 95. & 96.* addens, quod in dubio ignorantia eſſet præſumenda, cum ſit in facto alieno: poteſtque hæc declaratio corroborari ex eo, quod vltima mora vel culpa nocet: non enim fraus videtur fieri, nec dolus committi ei, qui ſcit rem aliter ſe habere, & nihilominus acquieſcit affirmationi contrariæ alterius: ſcientia tamen prædicta legitime probanda eſt, vt ei noceat: alias namq; ſtandum erit negationi, & ſic obſeruanda erit hæc quarta limitatio, de qua agimus.

10 Quinta limitatio eſt, † vt regula noſtræ legis minime procedat interim, quod diſceptatur de nobilitate coram iudice: detinetur namque tunc allegans ſe nobilem in carcere, licet aliquando ſub fideiuſſione, *de la baz*, ſoleat relaxari, niſi eſſet nobilis notorius, ita docuimus, vbi ſupra nu 6. & nos refert & ſeq. Azeu. *in hac l. 4. & 5. ſub nu. 29. ad finem.*

Sexta limitatio eſt † in nobili occultante bona, ne a creditoribus capiantur, vt late probauimus *d. c. 16. nu. 14. cum ſeq.* & nos ſequitur Azeued. *hic n. 50. cum ſeq.* dicens, quod abſque dubio hoc credit verum, & quod in facti contingentia ſic vidit deciſum in Cancellaria Pintiana: idemque eſſe probat in mercatore nobili fugiente cum mercantiis, qui dicitur decoctor, vulgo, *alçado*, vt tenet Caſtillo, quem citat, & probatur *in l. 4. tit. 19. lib. 5. Nouæ Collect. Reg.* 11

Nobilis tamen pro debito deſcendenti ex delicto incarceratur, *vt in l. 6. ſup. hoc tit. 2. lib. 6.*

SVMMARIA.

1 *Fidalgus non poteſt poni ad torturam, & num. 10. 11. & 12.*

2 *Nobiles hodie, qui non militant, an gaudeant priuilegio, ne non torqueantur? & n. 3. & 5. & 8. & 10.*

Priuilegia a iure conceſſa nobilibus, an habeant locum in militibus noſtri temporis? eod. num. 2. & 10.

4 *Milites de conſuetudine torquentur.*

6 *Milites non torquentur, etiamſi in contrarium ſit conſuetudo, tametſi apud aliquas nationes contrarium ſeruetur, vt in num. 7.*

9 *Milites, quos vulgo* ſoldados *appellamus, torquentur & num. 10. quomodo hoc intelligatur.*

11 *Armigeri, noſtri temporis gaudent priuilegiis militum.*

13 *Verbum miles, duas poteſt apud nos habere ſignificationes, prima eſt reſpectu militiæ & an tunc omnes milites non torqueantur, vel qui eorum torqueantur? altera eſt reſpectu generis nobilitatis, hoc eſt,* de los hijos dalgo y Caualleros; *& hi non torquentur.*

14 *Fidalgui & ſic nobiles non ſolum non ſunt torquendi, ſed nec terrendi, nec ad torturam ponendi.*

15 *Paria ſunt tormentorum timor, & ipſa tormenta.*

16 *Territio ſola ad torturam, licet proprie non poſſit dici tortura, largo tamen modo talis dici poteſt vt hic.*

17 *Nobiles torquentur in pluribus caſibus de quibus hic.*

18 *Nobilis pro crimine ſodomiæ torquetur.*

19 *Nobilis pro crimine aleuoſiæ poteſt torqueri; ſed contra num. 21. niſi vt ibi.*

20 *Nobilis pro crimine ruptæ fidei magis punitur, quam ignobilis, ac proinde pro crimine proditionis altioribus furcis nobiles debent ſuſpendi.*

22 *Membrorum diſſolutio grauior eſt, quam vtriuſque manus abſciſſio.*

In eaſdem ll. 4. & 5.

QVAESTIO XV.

QVæro † ſecundo, circa eandẽ *l. 4. tit. 2. lib. 6. Nouæ Coll. Reg.* dum præcipit: *Que ningun hijodalgo pueda ſer puesto a queſtion de tormento*, an hæc l. hodie ſit in vſu, & praxi? 1

Videtur enim locum non habere in militibus noſtri temporis, qui non militant, ſed tantum modo ſunt nobiles, † priuilegia enim data a iure militibus, non habent locum in militibus noſtri temporis, vt tenet Speculator *in tit. de procurat. §. 1. in verſ. Item quid eſt miles. Felin. late in c. quanto. de Magiſt. Guiller. Benedict. in repet. c. Raynutius. verb. matrem. nu. 10. & verb. teſtamentum. 1. n. 23. de teſtam.* late alios allegans Didac. Per. *in l. 5. tit. 1. lib. 4. ordi. col. 1318. circa fin. cum ſeq.* & dicemus latius alibi. 2

Et in terminis, † quod milites noſtri temporis torqueri poſſint, quia nec in aſſumtione militiæ, nec in vita obſeruant ea, quæ veros milites decet obſeruare, & obſeruari expediunt, & ideo priuilegiis militaribus gaudere non debent, ac proinde poſſunt torqueri, tenet Guidus de Zuza, *in tractat. de torment. colum. fin. in verſ. an milites noſtri temporis, & ibi eius Additio.* vbi allegat Bart. hoc tenentem, eandem ſententiam tenet Cynus *in l. 3. C. ad legem Jul. maieſt.* & Angel. *de maleſic.* alios allegans, *in verb. quod fama publica præcedente. num. 102. in verſ. milites noſtri temporis.* & ibi Auguſtin. de Strumin. *in fi. additio. in verſic. ſed ego, in tractatu meo.* & alii allegati per Greg. Lopez, *in l. 2. in gloſſ.* Cauallero, *in princ. tit. 30. part. 7.* Et hæc eſt vera opinio, & ab ea non recedendum, quia iſti non ſunt veri milites, & inſignia ſola nõ faciunt milites gaudere priuilegiis ſuis, ſed exercitium, *vt in l. penul. ff. de teſt. militis. ſecundum Auil. in proœmio capitulorum Prætor. gl. 1. n. 26.* A qua ſententia, inquit Farinac. *in ſuis quæſtionibus crim. 2. p. q. 41.* ne recedas in vrbe & ſtatu Eccleſiaſtico, quæ ſaltim de facto, & conſuetudine ſeruatur indiſtincte, non ſolum quoad milites priuatos, ſed etiam quoad equites, quos paſſim, inquit, ſe vidiſſe torqueri abſque vlla prærogatiua, ſeu priuilegio. 3

4 Milites namq; † de conſuetudine torquentur, *vt teſtatur Nazol. Pignolat. in additio. ad Rom. ſing. 494. in fin. additio.* vbi ita dicit, ſe vidiſſe obſeruari, tam Veronæ, quam Patauij tempore ſui ſtudij non ſolum in criminibus exceptis, ſed etiam in non exceptis, & Franc. Carſen. *in tit. de torment. c. 10. in rub. quæ perſonæ torqueri poſſint. & quæ non num. 41.* vbi ita ſeruari teſtatur non ſolum per Illuſtriſſimos Venetos ſed etiam per totam Italiam, *Cyrill. in ſumm. crim. rub. 29. de quæſtio. §. 2. num. 1. poſt medium. verſic. tamen eo res progreſſa eſt.* vbi generaliter dicit, quod hodie indiſcriminatim, omnibus perſonis, & in omnibus criminibus tortura adhibetur, quos refert & ſequitur Farinacius, *vbi ſupr. num 35.* vbi *num. 36.* inquit, quod licet hanc conſuetudinem minime validam eſſe communiter a Doctoribus traditum ſit, prout in ſpecie, de milite loquendo, dixerunt plures auctores noſtri, quos ibi citat, non per hoc tamen a propoſita opinione recedas in practica, quia quidquid ſit de iure, & de facto milites torquentur abſq; vlla prærogatiua.

5 Nihilominus tamen in ſpecie † legis noſtræ Regiæ, nempe nobilis, tenendum eſt contrarium, tam in puncto iuris, quam in praxi in iudicando, & conſulendo; nempe quod nobilis, id eſt, *el hijodalgo*, regulariter torqueri non debeat pro delicto, & crimine a ſe commiſſo, & perpetrato iure communi per text. omnium, *in l. nullus. C. ad legem Jul. Maieſt. ibi, vel generis, aut dignitatis defenſione. vti prohibeatur. l. Diuo Marco. C. de quæſtio. vbi Cynus, Bart. in l. milites. C. eod. tit. Tiraq. plures referens de nobilit. c. 20. num. 139.* licet *num. 140. & in tractat. de pœnis temp. cauſſa. 31. num. 16.* dicat contrarium ſeruari in Regno Franciæ; Eandem ſententiam de iure communi probat cum aliis Iulius Clarus *in pract. crim. §. fin. quæſt. 64. in verſic. vlterius quæro.* vbi quod non ſeruatur in illo Ducatu, ſicut nec in Franc. ex Guiller. Benedict. & Tiraquell. *vbi ſupr.* Eandem iure communi probant noſtri Cohiſpani, hac de re agentes, & præcipue ſtatim citandi, iure noſtro Regio idem tenentes, & Petr. Due. *in regul. 190. in 10. ampliatione.* & Farinacius *vbi ſup. q. 41. n. 74.*

6 Quinimo procedit † hoc etiam ſi in contrarium eſſet conſuetudo, *Bart. per text. ibi, in l. omnes. num. 2. C. de Decurio. lib. 10. ſequitur plures referens, Petr. Duen. vbi ſup. ampliatione 4. Auenda. in ſuo dictionario, verbo,* Cauallero, *in fin.* eſt communis, *vt ex Carrer. teſtatur Padill. in l. 1. num. 9. C. de iuris & fact. ignorant.* tametſi contrarium velit Farinac. *d. q. 41. num. 75.* † & ita apud Longobardos huiuſmodi priuilegium non ſeruari nobilibus affirmat Salycet. *in l. Decuriones la 1. C. ex quib. cauſſ. infam. irrogetur.* nec in Ducatu Mediolanenſ. *ſecundum Iul. Clar. vbi ſup.* nec in Francia, *ſecundum Guiller. Benedict. & Tiraquell. vbi ſupr.* nec Romæ, *Paul. Griland. in tractat. de quæſt. & tortur. quæſt. 6. num. 2. & Farinac. vbi ſup. dict. quæſt. 41. ſub prædict. n. 41. ad fin.* vbi quod in vrbe, & ſtatu Eccleſiaſtico etiam nobiles torquentur: licet bene verum ſit, quod propter magnam præſumtionem delicti excluſiuam, quam in ſpecie pro ſe nobiles habent, *iuxta gl. in c. illud, 4. diſtinct. Gerard. ſingul. 30. pro nobilibus. Socin. Iun. conſ. 39. nu. 2. lib. 2.* ad ipſos torquendos requiruntur indicia grauiora, & vrgentiora, quam contra alios non nobiles, & quod ita apud ſe practicatur: nihilominus tamen iure communi attento verior communis, & tenenda eſt ſententia, quam prædiximus, nempe vt nobiles regulariter non torqueantur, quinimo apud nos eadem ſententia in praxi communiter obſeruatur, *vt infra dicemus.*
7

Sed & iure noſtro Regio eadem ſententia † expreſſe approbata eſt, vt videmus in his noſtris legibus 4. & 5. *& in l. 24. in verſic.* Otroſi, *tit. 22. part. 2. & ibi Greg. Lopez, in gloſſ. a tormento. l. 2. & ibi:* Nin a Cauallero, *tit. 30. part. 7.* & ibi Gregor. Lopez *in gloſſ. Cauallero.* inquit, quod in Regno nobiles genere non torquentur, *vt in noſtra l. 4. quam ibi citat Ciſuent. in d. l. 79. Tauri. in verſ. ſexto dubitatur. & Anto. Gomez* dicens ita communiter practicari, *in 3. to. variar. reſolutio. c. 13. de tortur. reorum. num 3. in verſic. item hodie in noſtro Regno, &c.* idemq; per prædictas ll. Regias probarunt D. Couarru. *lib. 2. variarum reſolutio. c. 9. num. 4. in princip.* dicens, quod hæc opinio in Hiſpania frequenter ſeruatur, *Auenda. in ſuo dictionario, verb. Cauallero. circa fin. Did. Perez, in l. 4. tit. 2. lib. 4. ordin. coll. 1370. in gloſſ. 3. Petr. Duen. atque Padilla ſupra citati, nec non & Olanus in ſua concordia iuris. verb. nobiles, num. 14. & 22.* vbi quod etiam in Regno Nauarr. habent nobiles hoc priuilegium, & Ioan. Gratian. *in reg. 343. nu. 2. Baeza de inop. debit. c. 16. num. 16. Ioan. Gar. de nobilit. gl. 1. ſub num. 9. in fin. & num. ſeq. & ante eos Otaur. de nobilit. 5. p. c. fin. num. 4.* eandem praxim Hiſpaniæ ex Anton. Gom. & Couarru. vbi ſupr. refert nouiſſime Farinacius *dict. quæſt. 41. num. 74.* & Azeued. *in præſenti. num. 34. & 37.* Itaque eſt veriſſima & receptiſſima ſententia in praxi in noſtra Hiſpania, & legibus noſtri Regni expreſſe & in indiuiduo approbata. 8

Neque contradicunt † Dd. pro parte contraria ſupra citati. & ſi qui alij ſunt, idem tenentes: loquuntur enim in militibus, quos vulgo *ſoldados* appellamus, vt patet ex *d. l. milites. C. de quæſt.* Vnde milites noſtri temporis, qui vere milites non ſunt in eum ſenſum, quo loquitur *d. l. milites cum ſimilibus. C. de milit. teſtam.* merito quod non gaudeant priuilegijs militibus conceſſis. Licet enim magis communis opinio ſit, † quod milites noſtri temporis non poſſint torqueri, & ſic contra opinionem *ſupra n. 3.* relatam, vt ex alijs affirmat Farinac. *d. q. 41. nu. 32.* non tamen procedit hæc magis communis ſententia in militibus priuatis, qui modo ſub vno Præfecto & modo ſub alio ſtipendia accipiunt, ſed in Equitibus & Capitaneis, vt declarat Boſſius *in ſua pract. crim. tit. de indiciis n. 104. & Jul. Clar. d. q. 64. in verſ. quæro etiam numquid milites, in fin.* & ante eum videtur fuiſſe de mente Iodoci, *in pract. crim. c. 41. nu. 2.* vbi loquitur de Equite laureato, & poſt Clarum videtur etiam de mente Iacobi Bennij, *in tract. de priuileg. Iur. Conſult. priuileg. 38. nu 3. & 4.* quos ad hoc refert, & ſequitur Farinac. *vbi ſup. n. 33.* qui *n. 34.* nihilominus addit, quod prædiximus, *nu. 3. ad fin.* nempe quod per hoc non recedatur in vrbe, & ſtatu Eccleſiaſtico a præfata opinione, quæ ſaltem de facto & conſuetudine ſeruatur indiſtincte, non ſolum, quo ad milites priuatos: ſed etiam quo ad Equites, quos paſſim torqueri ſe vidiſſe, inquit, abſq; vlla prærogatiua ſeu priuilegio: ceſſante tamen prædicta praxi, & conſuetudine, ſeruanda erit prædicta magis communis ſententia, quod milites noſtri temporis non torqueantur iuxta præfatam declarationem intellectam, nempe in Equitibus & Capitaneis tantũ. Hoc namq; priuilegium conceſſum fuit militibus propter dignitatẽ. Vnde merito q̃ eo & ſimilibus gaudere debeant etiam milites noſtri tẽporis: ſecus vero quoad ea, q̃ fuerunt data militibus antiquis ratione 9 10